This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


A 493248



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest



E P FABER



AS
182
G961

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN SEXTUM.

EDIDIT

ACAD. SCIENTIAR. MAXIMILIANEA.



MONACHII

TYPIS ACADEMICIS,

MDCCLXVI.

PRÆFATIO.

Servamus fidem, Lector, ſiſtimusque die ſolemni volumen ſextum monimentorum Boicorum.

Tuum erit pretium ſtatuere his noſtris: nempe Tegernſeenſibus tabulis, continua ſerie inde a Seculo X. ſemet excipientibus; Steingadenſibus, Beurbergenſibus, quorum omnium apud nos quidem ſumma eſt æſtu-

145775

matio. Spicilegium Raitenhaſelacenſe vel exinde maximi facies, quod omnem omnino tollit dubitationem de antiquiſſimo *Rhomborum Boicorum* apud nos uſu; quippe in ipſis Heinrici Leonis inſignibus frequentato. Sic tandem facti fide certiſſima ſtabunt ea, quæ nuper Commentarior. Academiæ Boicæ volumine tertio Part. I. pag. 145. ſumus hariolati.

Noſti iam Emanuelem Abbatem Raitenhaſelacenſem, ſingulariter de nobis meritum: accipe iam nomina viroſque quibus reliqua debes.

Primum, & ſuo quidem jure, nuncupamus Benedictum Abbatem Tegurinum, humanitatis rariſſimæ laude conſpicuum, ſtudiaque noſtra eo affectu proſequutum, quem Muſæ Boicæ etiamnum tenellæ exoſculantur, adultiores olim celebrabunt.

Dominici Præpoſiti Beurbergenſis talem in nos experti ſumus animum, qualem omnibus Bajoariæ noſtræ Præſulibus, qui nobis adeundi ſuperſunt, imis ſenſibus precamur.

Marianus denique Steingadenſium Abbas, quem primum ex ordine Præmonſtratenſi antiſtitem ſalutavimus, non exſpectationem ſolum noſtram, verum etiam deſideria ſuperare ſatagens, omnia nobis ultro obtulit monumenta, quæ in tabulario Canoniæ nobiliſſimæ, nullis unquam caſibus vaſtato, inde ab ævo Guelforum aſſervantur.

Nil Te moramur, Lector! vale, fruere, fave! & ſi quo apud Te valemus merito, memineris totum eſſe *Auguſti Bajoariæ Reſtitutoris.*

Dab. Monachii in ipſo die natali OPTIMI PRINCIPIS V. Kal. April. A. R. S. MDCCLXVI.

CONTINENTUR HOC VOLUMINE.

1. Monumenta Tegernſeenſia, pag. 1.
2. Spicilegium Raitenhaſelacenſe, pag. 355.
3. Monumenta Beurbergenſia, pag. 397.
4. Monumenta Steingadenſia, pag. 475.

MONUMENTA TEGERNSEENSIA.

PRÆFATIO.

Tegurum, noſtratibus *Tegernſee*, illuſtre ſodalium D. Benedicti monaſterium, in ipſis Alpium Rhæticarum faucibus, ad lacum *Tegernſee*, qui nomen loco præbuit, ſitum, tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

Origines Tegurinæ altiſſime aſcendunt, nec vera miſcenda ſunt falſis, ut auguſtæ pariter atque antiquiſſimæ videantur. Nimirum certiſſime conſtat ex idoneis Monumentis, Adalbertum atque Otkarium fratres, illuſtri proſapia ortos, fundamenta aſceterii nobiliſſimi circiter annum 746. jeciſſe, ipſumque Adalbertum ſacras in eo habenas, depoſito ſago, primum tractaſſe. Conſtat quoque Ottonem II. Imperatorem Aug. cœnobium variis caſibus afflictum, vaſtatum, deſtructum, liberali ſumptu reſtauraſſe, in-

que jura abbatiæ Regiæ ſuſceptum, immune ab omnibus vectigalibus pronunciaſſe.

Cætera monaſterii celeberrimi fata, ne heic loci curioſius indagemus prohibent ipſæ operis noſtri rationes, circulique in quo verſamur anguſtia. Neque vero quicquam reſidui laboris, circa illa inveſtiganda, reliquit conſtans ſolertia cœnobitarum Tegurinorum, qui mox inde ab initio annales ſuos ſtudio ſingulari concinnaverunt, atque ad noſtra usque tempora operoſe perduxerunt. Vulgavit eos ex membranis coævis R. P. Bernhardus Pezius, Anecdotor. Tomo III. Alios ex illis ipſis elementis ſeculo XVI. conflatos publici juris fecit cel. Oefelius in ſuo ampliſſimo rerum Boicarum theſauro.

Decora Teguri vere eximia, atque inſignes Abbatum, encomio Principum S. R. Imperii antiquitus ornatorum, prærogativas ſiſtunt Monumenta noſtra, uberrimæ frugis plena.

Agmen eorum ducit nobiliſſimus Codex Traditionum ſeculo XI. exeunte inchoatus, adque finem usque ſeculi XII. variis variorum curis perductus. Excipiunt illum Diplomata Tegernſeenſia miſcella CXXXVII. quorum utique mediam fere partem cel. Oefelius ante nos edidit, Hiſtoriæ S. Quirini quam Scriptoribus Rerum Boicar. inſeruit ſubjuncta:

juncta. At enim vero quisquis æquus rerum haruncce æſtumator exemplar noſtrum cum typo Oefeliano contulerit, perſpiciet virum oculatiſſimum haud injuria ſubinde dubitaſſe de apographorum unde ſua deſumpſit fide atque diligentia. Nos certe omnia & ſingula ex autographis ipſis ea contentione deſcripſimus, qua merebantur excudi tam inſignes antiquitatum patriarum reliquiæ, nulla non cura per ſeptem & quod excurrit ſecula ſervatæ. Neque vero minor *fuit* ſollicitudo Tegernſeenſium noſtrorum in aſſervandis aliis ſacræ pariter atque profanæ antiquitatis monumentis: nempe quæ jura cenſusque cœnobii nulla omnino ratione attingebant. Aſtupuerunt ſane Pezii fratres ingenti Codicum Manuſcriptor. ex omni fere ævo, numero, quos bibliotheca Tegurina concludit: & nos quoque diem integrum haud ſine incredibili voluptate abſumſimus in illis ſolum explorandis, de quibus muſæ noſtræ maxime laborant. Erit fortaſſe tempus, cum theſauros Juris atque Hiſtoriarum in iſto litterarum ſacrario ſervatos publici juris faciemus: poſtquuam R. Abbas Benedictus omnia & ſingula, quæ ſcrinia librorum atque epiſtolarum Tegernſei complectuntur, monumenta, fidei noſtræ benigniſſime commiſit: digniſſimus ſane, qui poſt Gotehardos, Ellingeros, Caſparos, Conrados, aliosque viros de re litteraria univerſa ſummopere meritos, in ſerie præſulum Tegurinorum legatur: digniſſimus, quem inter præcipuos conatuum noſtrorum Muſarumque fautores gratiſſima mente nominemus.

SERIES RR. ABBATUM TEGURINORUM EX FASTIS OMNIS ÆVI DESUMTA.

B. Adalbertus Fundator. 746. vivit adhuc 804.
Zaccho poſt 804.
Iſcherus.
Megilo † circa 920.
Vaſtatio monaſterii.
Hartwicus 978. † 982.
Gosbertus † 1001.
S. Gotehardus reſ. 1002.
Eberhardus I. † 1003.
Beringerus † 1012.
Burchardus † 1017.
B. Ellingerus reſ. 1024.
Albinus † 1031.
B. Ellingerus iterum, dep. 1041.
Altmannus Adminiſtr.
Udalricus I. † 1042.
Herrandus dep. 1046.
Ecbertus † 1048.
Sifridus † 1068.
Eberhardus II. † 1091.
Udalſcalcus Comes de Neuburg † 1102.

Aribo

Aribo † poſt 1129.
Conradus I. 1134. † 1155.
Rupertus † 1186.
Albanus II. c. 1187.
Conradus II. † 1189.
Manegoldns reſ. 1206.
Bertholdus I. † c. 1217.
Heinricus I. reſ. 1242.
Bertholdus II. Schneck † 1248.
Udalricus II. de Parterhauſen † 1261.
Rudolfus † 1265.
Heinricus II. † 1273.
Ludovicus † 1286.
Heinricus III. de Vering. † 1287.
Marquardus † 1324.
Heinricus IV. Rainer res 1339. † 1345.
Sigebrandus Geltinger † 1347.
Carolus † 1349.
Conradus III. de Katzbach † 1363.
Conradus IV. de Egling † 1374.
Gebhardus de Tauſkirchen † 1393.
Oſwaldus de Tor † 1418.
Georgius Tyrndl † 1423.
Hildebrandus Kaſtner reſ. 1426. † 1446.
Caſpar de Ayndorf † 1461.
Conradus V. Airinſchmalz † 1492.
Quirinus I. reſ. 1500. † 1510.

Hein-

Heinricus V. reſ. 1512.
Maurus reſ. 1528. † 1534.
Heinricus V. iterum † 1544.
Auguſtinus † 1556.
Balthaſar †. 1568.
Quirinus II. † 1594.
Paulus † 1624.
Quirinus III. reſ. 1636. † 1660.
Udalricus III. † 1673.
Bernhardus reſ. 1700. † 1714.
Quirinus IV. † 1715.
Petrus † 1725.
Gregorius † 1762.
BENEDICTUS.

Mon. Boic. Vol. [illegible] pag 5



Ant. Zimermann sc. Monachij.

MONUMENTA TEGERNSEENSIA.

Codex Traditionum.

Num. I. Sub Abbate Beringero. 1008 - 1017.

Non ignorent cuncti ſectatores Chriſti precariam legem, que effecta eſt a Peringero Tegarinſenſis cenobii Abbate cum quodam nobili homine *Ernoſt* vocitato; tradidit quidem isdem vir cum ſua Coniuge Adalheida poteſtativa manu inveſtituram ac proprietatem talis predii, quale ipſe poſſedit in vico *Irentas* appellato, videlicet mancipia cum areis, edificiis, agris cultis & incultis, exitibus, & reditibus, paſcuis, pratis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, ſilvis queſitis ac inquirendis, *vena ferri*, cum utilitatibus ad eundem locum pertinentibus, que ſcribi vel dici queunt, reſervato tamen ſibi reditu in cunctis ſupradictis usque ad abitum ſuum & uxoris. Quod patrimonium fiſcalis *Advocatus Patto* manu ſua cum accepiſſet, *triduana ſeſſione legitime peracta* in ius Abbatis vendicavit. Quapropter tribuente Abbate ſuam curtem Hegelinga dictam prefato militi ſtabili tenore pactum initum quatinus uterque fundus cum univerſis præſcriptis rebus rediret ad uſum perpetualiter fratrum Tegerenſe commanentium. Iſtius pactionis hi teſtes ſubnotati ſunt: *Ougo*, *Irminhardus*, *Pernhardus*, *Ludolfus*, *Ruotpertus*. Poſtea *Meginhardus de Giltichinga* idem patrimonium ante Ceſarem Heinricum in Pappinbergenſi urbe coemptione aut pactione vel hereditate dixit in ſuum ius veniſſe: cum Imperator inſtitiſſet, harum trium aliquam rem iureiu-

rando e veſtigio confirmaſſe, ſuis precibus impetravit, quatinus in Ratisponenſi aula id ipſum corroboraret. Illic coram multis profeſſus eſt, ſe nunquam illud predium in ſuam proprietatem exigere. Huius abalienationis hi ſunt teſtes adhibiti: *Adalbero de Chuopach Preſes*, *Eberhardus Comes de Epareſperc*, iterum *Eperhardus Ruolo*.

Predicta Matrona poſt obitum mariti cum manu ſui Advocati *Nortpert* legitime tribuit ad altare ſancti Quirini in uſum fratrum tale predium, quale poſſedit in Vico, qui dicitur Luzzilindorf cum areis, agris, pratis, paſcuis, ac cunctis utilitatibus, que nominari poſſunt pro duabus annonis, una monachica usque ad terminum vite preſentis ſibimet ipſi exhibenda, & altera ſuo ſervo danda. Quod ſecundum conſtitutionem prefiniti temporis completum eſt. Huius pactionis hi ſunt teſtes: *Rudolf*, *Eberaro*, *Werianth*, *Dietpertus*, *Willihelmus*, *Sigihardus*.

Cognoſcant univerſi Dei fideles ſcilicet preſentes ac futuri concambium quod effecit Abbas Perengerus cum quodam *Comite Dietrico*. Isdem preſes dedit Abbati in manus ſui patroni *Heimonis* IIII. manſos, & V. dimidium in Villa que appellatur Lachanſola cum areis, agris cultis & incultis, Piſcationibus, queſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus cum cunctis uſibus, qui ſcribi vel dici queunt, pro nullo alio reditu nemoris, iuxta vicum Otolvinga ſiti, niſi tantum pro venatione Silveſtrium ferarum que eſt in illa parte, que conſtat in proprietate Tegarinſenſis Abbatie. Nam de uſu arborum, & feni, atque captura volucrum, nec non examinum apium, & ceteris utilitatibus excepta una quam prediximus in illa parte Abbatis nihil depactus eſt. Huius rei hic teſtes ſunt ſubnotati: *Sigihardus*, *Pero*, *Megingoz*, *Heripoldus*.

Notitie clareſcat univerſorum credentium, quod quidam nobilis homo Ratpot cognomento Theſſilo, donavit legitime ad

alta-

altare ſancti Quirini in uſum fratrum Tegarinſe conſiſtencium perpetualiter habendum omne patrimonium, quod ipſe ſine contradictione cunctorum poſſedit in duabus villis, una Stochach dicta & altera Hachinga, que aliter Winidum nuncipatur cum areis, agris, pratis, paſcuis, queſitis & inquirendis non absqun utilitate, que ullo modo dici poteſt pro remedio anime ſuo ſuorumque parentum. Hoc predium in manum ſui militis Arnili legavit, ut ipſe ad altare ſancti Quirini id ipſum legaret, quod cum compleſſet, eiusdem traditionis in teſtimonium hi ſunt legaliter adducti: *Oudalſcalch*, *Richkeri*, *Kerpolt.* Poſt hec quidam fratres *Ehkhardus & Iagob ſe proximos heredes dicendo*, ſtuduerunt ſuprs dictum fundum a prefato monaſterio abalienare, quibus cum V. talenta traderent, profeſſi ſunt, ſenunquam idem predium exigere. Huius abrenuntiationis hi aſcripti ſunt teſtes: *Fridericus Comes*, *Meginhardus*, *Pero*, *Megingotz*, *Ratzo*, *Gutehelmus*, *Adalpertus.*

Noverint omnes Dei fideles, quod quidam homo, de familia ſancti Quirini nomine Eperhart tradidit ad altare predicti Martyris in Halla IIII. mancipia, unum ſervum vocabulo Eperhart, ac tres famulas Heilcam, Adulera, Wazika nuncupatas, pro Cera ſingulis annis reddenda, ut famulus & omnis eius progenies ſcilicet maſculini ſexus talem Ceram det, qualem unusquisque ſervus ex familia eiusdem ſancti Martyris donet, ſeu femineus ſexus tantam ceram tribuat, quantam reddant famule prefati ſancti Martyris & tres famule ac earum poſteri eandem legem conſervent. Huius traditionis iſti ſunt teſtes: *Willihalm*, *Hirizpero*, *Hiltipato*, *Perenhart*, *Wihenzo.*

Intelligat univerſa Chriſtianitas, tam preſentis quam futuri temporis, quoniam quedam nobilis mulier Gerbicha appellata, eiusque gener Engilheri pro remedio ſuarum animarum

ac eorum parentum donaverunt ad altare ſacratiſſimi Quirini, hoc patrimonium, quod ipſi tenuerunt in Vico Talehaim vocato cum area, agris, paſcuis, additis omnibus appendiciis in uſum fratrum preſcripto Martiri militancium pro qua re teſtes ſunt adhibiti: *Richilo & Richfrit*, *Hiltipatto*, *Willihalm*, *Bernardus*.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quoniam quedam nobilis matrona Adalhaid dedit per manum ſui Advocati *Luitprand* ad altare ſancti Quirini ſuam famulam Luitpurgam pro uno Denario ſingulis annis ſolvendo, & omnem poſteritatem eius pro tribus denariis annuatim dandis. Hi ſunt teſtes: *Luitprand*, *Meginhalm*. Poſtmodum eadem matrona dedit predicto Martiri per manum *Ruotperti* videlicet ſui patroni unum ſervum Adalpertum, omnemque progeniem ipſius ſingulis annis, quatenus unum denarium reddant. Huius rei teſtis eſt: *Ruotpertus*. Inſuper eadem Domina per eundem Advocatum ad ſupra ſcriptum Monaſterium tribuit ſuum ſervum ſcilicet Ruotpertum & Ancillam Hezilam & eorum proſapiam pro prefato cenſu annualiter dando, hi teſtes ſunt: *Ludolf*, *Weriant*. Omnia hec preſcripta mancipia tali lege tradita ſunt, ſi tribus annis penſum, que prediximus, ſolvere negligant, in quarto anno cuncta ſervili conditione ſubduntur.

Notum ſit omnibus fidelibus ſcilicet preſentibus & futuris, quod quidam nobilis homo *Reginpertus* pro remedio parentum ſuorum videlicet *Reginperti* & *Sigiburge*, ac ſui filii *Hermanni*, nec non uxoris *Waltfride*, tradidit unum agrum in vico qui dicitur Wattenes, ad altare ſancti Quirini, fratrum uſui habendum. Hi ſunt teſtes tradicionis *Luitprant*, *Poppo*, *Kerolt*.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis vocabulo *Iſanricus* tradidit ad altare ſancti Quirini duas Ancillas pro remedio anime ſue ſuorumque parentum unam nomine Outam;

&

& aliam Gatas dici vocitatam, in vila Harthuſun habitantem cum omni earum poteritate, quatinus ſingulis annis unum denarium donent; & ſi hoc tribus annis dimiſerint niſi quarto anno predictum penſum compleant, omni ſervili condicione ſubiaceant. Huius tradicionis hi teſtes ſubnotantur: *Werinheri*, *Dietpoldus*, *Rachwinus*, *Adolun*, *Rickker*, *Othalm*.

Num. II. Sub Ellingero Abbate, ab An. 1017. usque 1026. & 1031 - 1040.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Megiholmus cum uxore ſua Chunibuirga de Sürgeloch tres ſorores ſuas, videlicet ancillas & tamen conſanguineas *Gezam*, *Mathildam*, *Rickkardam*, ſuper Altare ſancti Quiryni tempore *Ellengeri* Abbatis, & *Ruotperti* Advocati delegavit, ita ut ipſe, & omnis earum poſteritas quinque nummos illuc annuatim perſolverent. Poſtea metuens, ut ipſa poſteritas ad tantam miſeriam deveniret, quod predictam oblacionem ſolvere non poſſent, conſilio & conſenſu predicti Abbatis ac Advocati predium unum, quod habüit ad Sürgeloch, poteſtativa manu ſuper predictum altare tradidit ante prenominatam oblacionem nummorum. Huius rei teſtes ſunt tracti per aurem idem Advocatus *Ruothpertus*, *Adalger de Surgeloch* & *Sigiwort*, *Sigihart & filii eius de Wecheringen*, *Wolvolt*, *Sigihart*, *Oudalrich de Moſach*, & *de Offletint Chuno*.

Omnium Chriſti fidelium univerſitati notum ſit tam preſencium quam futurorum concambium, quod venerandus Penno Patavienſis kathedre preſul effecit, cum Ellingero Tegrynſenſis cenobii Abbate. Isdem vero Pontifex eccleſiam abbacie ſancti Quirini in vico Chrebezpach nuncupato ſitam dedicavit, videlicet ut ſit publica, & perpetualiter habeatur matricularis ac legitima, iuxta dominicum fas ac publicum ius cum dote decimacione, baptiſmate,

mate, & non ſine regimine univerſi Eccleſiaſtici ordinis confirmavit, quod exigit lex Chriſtianitatis in ſtacione ullius villane baſilice quemlibet presbiterorum celebrare. Ad eandem quippe domum Dei terminatum vel decimatum eſt, quicquid idem Martyr, qui in ſupradicto loco Tegirnſe corporaliter requieſcit, proprietatis habet intra orientale regnum, ſcilicet in areis, edificiis, agris cultis & incultis, exitibus, reditibus, paſcuis, pratis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcacionibus, ſilvis, venacionibus queſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, nec non cum omnibus appendiciis, ſeu utilitatibus, que vel ſcribi vel nominari poſſunt; ut omnis familia prefati Martyris inibi habitans ad ipſum Monaſterium legem Chriſtianiſmi querendo adipiſcatur. Poſtea vero ſupra memoratus antiſtes legitime cambiando per manum ſui fiſcalis Advocati *Liutperti* tradidit Abbati, videlicet in manum ipſius defenſoris *Ruotperti*, eccleſie iam dicte omnem ſue partis decimacionem, que tunc temporis ad eandem terminata eſt, vel quecumque in futurum quolibet modo in ullis rebus acquirendo ſive largiendo huic poſſit adiici. Abbas igitur ſecundum condicionem ſuperius comprehenſam econtra largitus eſt Pontifici IIII. manſos in loco Skithus appellato iacentes, inſuper adiciens quintum, ut ſiquid in ſuperioribus defuiſſet, huius adiectio compleviſſet. Inſtitutum namque huius alterne tradicionis iuſſu Ceſaris Chuonradi ſecundi Romanorum Imperatoris Auguſti *coram ipſius filio norice ducatum provincie regula iuſticie gubernante*, clero ac familia utriusque partis id approbantibus in aula Ratisponenſis Civitatis peractum, regia auctoritate ſtabili tenore roboratum eſt, ne quisquam qui iniuſticiam ficiat, illud preſumat vel poſſit evellendo violare, verum filii iuſticie perpetim hoc inconvulſum tueantur. Prefati concambii hic teſtes ſubnotantur: *Tietmarus filius Dietmari preſidis*, & alii.

No-

Noverint Dei fideles ſcilicet omnes preſentes ac futuri, concambium ſeu coemptionem, quod effectum eſt ab Ellingero Abbate cum duobus germanis Froncone & Urolfo tradiderunt hi duo fratres poteſtativa manu ſine contradictione omnium hominum Abbati ſcilicet in manum ſui matricularis Advocati *Ruodperti* proprietatem ac inveſtituram perpetualiter in ſuo jure habendam talis predii, quale ipſi poſſederunt in tribus locis, Stilvis, Pozana, Loina nuncupatis, cum omnibus appendiciis, videlicet areis, vineis, pratis, paſcuis, exitibus, reditibusve, agris cultis incultisque, queſitis & inquiſitis & inquirendis cum univerſis utenſilibus, que ſcripto vel dicto comprehendi valent, ea quippe condicione, quatinus ſi omnia retribuerentur, quod & factum eſt. nam Abbas dedit eisdem duos manſos in villa que dicitur Skiſhus, inſuper additis VI. talentis. Huius rei legitime pacte iſti ſunt teſtes, *Ratzo*, *Erchanboldus*, *Gerhardus*, & ipſe traditor *Urolfus*, *Dietpertus*, *Meginheri*, *Sigihardus*, *Meginhelmus*.

Sciant omnes iuſticiam ſcientes tradicionem, quam fecit quedam nobilis femina Imma cum manu fratris ſui Annonis ad altare ſancti Quiryni pro remedio anime ſue ſuorumque parentum, donavit quippe ſuum predium quod dicitur Ignolteſtuz in villa que nuncupatur Anzanhart ſitum tali lege, quatinus eidem ſingulis annis XXX. modios frumenti, X. ſcilicet modios ſpelte, ac X. ſigal. nec non X. avene, atque VI. victime usque ad ſuum finem vite reſtituerentur, que omnia indeſinenter completa ſunt. Huius donacionis hi ſunt teſtes: ipſe Anno qui tradidit, *Pero*, *Perhardus*, *Dietpertus*, *Sigihardus*, *Pernhardus*.

N. ſ. c. Chr. fid. quod quidam nobilis homo *Aſciricus* petitione ſui fratris *Liutperti* legavit ſuum predium in villa Fulinpahe ſitum, in manum Eigilis tradendum ad alt. ſancti Quir. per obi-

obitum filie ſue, quod & fecit, tribuens ſcilicet in manum Ellingeri Abbatis, ac *Liutprandi* ſui Advocati illum fundum cum area, agris, paſcuis, & cum univerſis rebus qualicumque modo appellandis. H. r. t. ſ. hi: *Liutram*, *Haimo*, *Wecho*.

Noſſe deſideramus omnes Chriſtianos preſentes atque futuros, quod quidam nobilis vir nominatus *Adalpero de Sahſincheim* cum coniugis ſue ac filiorum ſuorum conſenſu per manus Ellingeri Abbatis, & Prepoſiti eius Dietperti ſuper altare ſancti Quir. Mart. Tegrinſe delegavit unum ſervilem manſum in vico Ouwenbach dicto ſitum iuxta ſtagnum Wirmſe dictum, cum area, agris, pratis, paſcuis queſitis & inquirendis, piſcacionibus, exitibus, reditibus, & cum omnibus appendiciis, que ullo modo dici vel ſcribi poſſunt ad huiusmodi predium. Tali autem pacto prefatam delegationem perfecit, ut ſibi plena monachilis prebenda cibi & potus in Tegrinſenſi cenobio daretur, quamdiu ipſe viueret, & quando in eodem monaſterio preſens adeſſet. Impetravit quoque, ut eadem alimonia ſine piſcibus & absque vino ipſo abſente, & adhuc vivente daretur alicui de ſuis aut ſcholaſtico vel elemoſinario. Poſt mortem etiam ſuam obtinuit iam dictam prebendam plenum unum annum pro remedio anime ſue in elemoſinam ſingulis diebus donari. H. r. t. ſ. ſubſcripti: *Adalfrid*, *Adalunc*, *Giſalolt*, *Willihalm*, *Ratolt*, *Pernhart*, *Sigihart*, *Ratpot*.

Sciant omnes Chriſtiani preſentes atque futuri, quod quedam libera mulier *Dietpurg* vocata viduitate coacta cum manu nobilis Advocati ſui, qui *Aſcwin* dictus eſt de *Ehemutingen*, dimidiam Huobam in Helſindorf occidentali dicto, poteſtativa manu ſuper altare ſancti Quir. Tegrinſe delegavit per manus Ellingeri Abbatis, & eius Prepoſiti *Dietperti* ea condicione, ut quamdiu viveret, ſingulis annis ei duo boves vel vacce, & quinque mo-

dii

dii tritici, & II. ſigalis, III. avene ex Tegrinſenſi abbatia darentur. Quod ita utrinque pactum eſt nemine contradicente. Et hi teſtes ſubſcripti per aurem tracti ſunt pro hac re: *Machalmus de Ekmuotinga*, *Meginher de Ekemuting*, *Heino de Perchach*, *Meginher de Uſhoferen*, *Engildio Niger*, *Alabrat de Gowirha.*

Omnes cognoſcant Chriſto credentes ſub preſenti tempore atque in futuro viventes, quod quidam ingenuus homo Meginwart nominatus peticione et conſenſu matris ſue Gotte, ac fratris ſui Iſingrimi absque contradictione omnium hominum, medietatem curtis ad jus nobilis viri pertinentis in vico Telinhuſa dicto ſite, cum tribus mancipiis delegavit per manus Ellingeri Abbatis, & Prepoſiti eius Dietperti ſuper alt. S. Quir. M. in uſualem rem monachorum Tegrinſe Deo & eidem Martiri famulantium, & inſuper quinque argenti talenta cum alia non modica pecunia Abbati prefato dedit pro monachica alimonia ſuo fratri in monaſterio Tegrinſenſi regulari voto converſaturo tribuenda. Huius delegacionis teſtes per aurem tracti infra ſunt attitulati: *Egilolf*, *Willihalm*, *Meginher*, *Sigihart*, *Pernhart*, *Gunthalm.* Poſt hec paucis annis tranſactis predictus Abbas ab eodem Meginwardo, & a matre ſua in prenominata poſſeſſione Telinhuſa aliquantos agros & lucum eisdem adiacentem coemit, & huius emptionis teſtes fideles preſenti pagine ſubſcribi precepit, quorum nomina hec ſunt: *Iſangrimus*, *Adalpreht*, item *Adalpreht*, *Diſmc*, *Aribo*, *Willihalm*, *Pernhart*, *Alabrat.*

Animadvertant omnes Chriſti fideles, quod quidam Clericus Othloch dictus ſub Ellingero Abbate tradidit ad alt. S. Quir. duas ancillas Ermlinth, & Willipurch nominate cum omni poſteritate earum per manus *Ruotperti* Advocati ſingulis annis V. denar. reddendo. Et ſi hunc cenſum tribus annis negligant, ſervi-

lem legem ſubeant. H. trad. t. ſunt *Sigehart*, *Pernhart*, *Meginhalm*, *Liutpolt*, *Gotahalm*.

Noticie univerſorum clareſcat fidelium preſencium vel poſterorum, quod a quodam viro Adálperto ſuum predium, quod poſſedit in vico Fulinpach dicto, legatum eſt legitime in manum cuiusdam hominis Eigil appellati, quatenus ipſe donaret predictum predium ad alt. S. Quir. poſt mortem ſuam in uſum fratrum prefato Martyri ſerviencium perpetualiter habendum. Quam donacionem ipſe complevit, dando hoc predium cum area, agris, paſcuis, cum omnibus appendiciis, que ullo modo nominari poſſunt. Hec res firmata eſt cum ſubſcriptis teſtibus *Liutramo*, *Heimone*, *Vocchone*, *Iſanrico*.

Noticie clareſcat univerſorum ſcil. preſencium ſeu futur. quod quidam nobilis homo Altman appellatus tale predium, quale poſſedit in vico Geltingin vocitato, cum area, agris, pratis, paſcuis, queſitis & inquirendis, cum omnibus appendiciis ullo modo notandis, poteſtativa manu tradidit legaliter ad alt. S. Quir. in uſum fratrum Tegarinſe commanentium, pro monachica annona ſuo filio in eodem cenobio regulariter viventi donanda tali condicione, ut ſiquis diabolica inſtinctione ipſum fundum ab eodem altare preſumat tollere, ipſe aut eius heres illud predium utpote proprium poſſideat. Huius legacionis hi teſtes ſunt adhibiti: *Egiloiſus*, *Reginpertus*, *Huch*, *Gotaſcalch*, *Ruodolfus*, *Williprdus*, *Reginwardus*, *Engilhardus*.

Univerſorum cognoſcat fidelium Chriſtianitas, videlicet noſtri temporis atque futuri, quod quidam ingenuus vir *Aripo* vocitatus predium, quod poſſedit in villa Stochach nominata, ſine contradictione omnium cum area, agris, pratis, paſcuis, queſitis & inquir. cum omnibus appendiciis ullo modo nominandis poteſtati-

ſtativa manu tradidit legaliter ad alt. S. Quir. in uſum fratrum Tegarinſe commanencium pro monachica annona ſuo filio in eodem Cenobio regulariter viventi donanda tali condicione, ut ſiquis diabolica inſtinctione ipſum fundum &c. ut ſupra. H. l. hi teſtes ſunt adhibiti: *Meginhardus*, *Gotahalm*, *Porn*, *Sigihart*, *Heinrich*.

Clareſcat noticie univerſorum Chriſti fidel. ſcil. preſencium ſeu futurorum, quod quidam *Vir de familia S. Quir. in beneficio* ſerviens vocabulo Williheri, habitans in vico Hachinga dicto ſuam filiam *Vol*ſuint vocitatam cum omni eiusdem progenie ſine contradictione omnium tradidit ad alt. S. Quir. in manum Ellingeri *Abb.* ac *Ruotperti* advocati pro tribus denariis annualiter ſolvendis, vel precium trium denariorum pro his dandum. H. don. hic teſtes ſubnotati ſunt: *Adalfridus*, *Meginhardus*, *Dietpertus*, *Willihelmus*, *Ottacher*, *Richpert*, *Engildio*, *Keroldus*.

Animadvertant cuncti iuſticiam eſurientes, quod quidam colonus S. Quir. Volaradus nomine in beneficio ſerviens delegavit ad alt. ſupra dicti Mart. ad uſum fratrum Tegarinſe commanencium, in manum Abb. Ellingeri ſeu Willihalmi pro remedio anime ſue ſueque uxoris ac ſuorum parentum, dimidium allodis ſue ſine contradictione omnium hominum, quam habuit in vico Diningen appellato cum area, agris, pratis &c. atque aliam medietatem eiusdem fundi dedit ad ſupra dictam aram, pro precio unius & inſuper dimidie libre argenti, quod & eadem hora ſibi datum eſt. H. l. t. ſ. hi ſubnotati: *Richkerus*, *Sigihardus*, *Waloch*, *Perengerus*, *Engilman*.

Isdem vir, qui ſupra notatum predium donavit, poteſtativa manu dedit ad altare ſupra nuncupati Martyris ſuam ancillam nomine Zeizam, & tres filios eius Huntpertum, Rihholfum, Heriluugum vocitatos, nec non omnem poſteritatem pro uno dena-

 rio

rio ſingulis annis ſolvendo, vel precio unius nummi dando, atque ſi eundem cenſum tribus annis non perſolverent, in quarto anno omni ſervili condicione ad prefatum cenobium ſerviant. H. r. ſ. t. *Willihelmus*, *Diethalmus*, *Adalpertus in vico Egilingen* Chirichdorf dicto habitans.

Sectatores Chriſti haud ignorent, preſenti ſcilicet futuroque tempore degentes, quandam matronam vocabulo Tuotam, poſtquam pars ſui predii in vico Diningin vocitato pro annona filii ſui legata eſt ad altare S. Quir. & altera portio vendita eſt Willihelmo, quicquid reſiduum fundi in ſua poteſtate tenuit in predicta villa, cum poteſtativa manu ſui mariti quippe *Hiltiprandi*, eodemque ipſius patrono, omni legali coemptione tradidiſſe Abbati Ellingero in manum eius advocati *Erchanboldi* cum omnibus appendiciis ullo modo appellandis ſine contrad. omnium hominum. Econtra accepit precium V. libras argenti, & inſuper *unum manſum omni nobili homini legitimum* in vico, qui dicitur Rihhershuſa ſitum. Ad hanc coemptionem hi teſtes adducti ſunt: *Otto prefate mulieris filius*, *Wichaldus*, *Gotaboldus*, *Pernhardus*, *Lantpertus Durinc*, *Geroldus*, *Meginhalm*, *Pernger*, *Othalm*.

Notum ſit cunctis Chriſti fid. quod quidam homo nomine *Williboldus* ſuam uxorem *Ellinpurgam* dictam, *quam de ſervitute liberavit*, tradidit in manus advocati *Pattonis* ad altare S. Quirini, ut ipſa & omnis eius poſteritas ſingulis annis unum denarium ſolvant tali condicione, ut ſi predictum cenſum tribus annis pretermittant, omni ſervili lege ſubiaceant. H. r. t. ſ. *Nortpertus*, *Adalpero*, *Adalpertus*, *Othalm*, *Hettilo*, *Meginhardus*.

Non ignorent omnes iuſticiam ſicientes, quod quidam nobilis vir *Adaloldus* vocitatus, *ſuam filiam de ſervicio liberatam* vocabulo Perchtradum dedit in manum Ruotperti patroni ad aram B. Quirini

dni, quatenus ipſa, omniſque eius progenies annualiter det unum denarium, & ſi hoc tribus annis reddere negligant, omnem ſervilem condicionem ſubeant. Huius trad. hic teſtes ſubnotavimus: *Wecil*, *Dietto*, *Iſinhardus*, *Otpertus*.

Univerſitas Chriſtianitatis preſentis & future etatis agnoſcat concambium, quod effectum eſt Ellingero Abbate cum quodam nobili viro Zuontibolde nominato, ſcilicet ex regia permiſſione, ac familie approbacione, tradidit quidem predictus miles poteſtativa *manu* ſine contrad. omn. hominum ſuperſcripto Abbati in ma*num* Ruotperti ſui advocati legitimo more omne ſuum predium, quod in viculo, qui dicitur Scazhovan poſſedit cum areis, pratis, paſcuis &c. non ſine univerſis utenſilibus vel appendiciis perenniter in ſuo iure tenendis, que ullo modo ſcripto ſive dicto comprehendi valent. Econtra donavit Abbas eidem vaſallo unum manſum ſitum in villa Chrebezpach appellata, videlicet ultra rivum eiusdem vocabuli iacentem tali condicione, quatinus eundem manſum non liceat ſibi cuiquam pro cenſu vendere, niſi Seniori Tagarinſeenſis cenobii, & inſuper tribuit V. regales manſos iuxta fluvium Suechant vocitatum poſitos, uti ex his faciat, quicquid libitum fuerit. Huius commutacionis hic teſtes ſubnotavimus, *Adalpero de Saſincheim*, *Gerolt de Scalcheshauſen*, *Engilpero*, *Hartwich*, *Sarhilo*, *Puopo*, *Eppo*, *Hartwich*, *Meginrat*.

Notum ſit c. Chr. fid. quod quedam mulier vocabulo Adalwint de familia S. Quir. quendam hominem, qui dicitur Hagano emit de ſuo Seniore Reginhart dicto, quando predicta femina eundem virum proprio cenſu ſuo Domino liberavit; mox cum manu eiusdem Senioris dedit hoc per manus Ellingeri Abbatis & *Pernardi de Wacheringa*, ad alt. S. Quir. pro quinque denariis annuatim illuc tradendis, & ſi hunc cenſum tribus annis dare ne-

gligat, omni ſervili lege ſubiaceat. H. r. t. s. *Engildio*, *Sigihart*, *Gotafridus*, *Wicheri Diethalm.*

Sciant omnes Chriſtiani, quod quidam nobilis vir *Altuom de Dorfacchera* cum ſuorum coheredum conſenſu poteſtativa manu ancillam ſuam Liuthwindam tradidit ad alt. S. Quir. per manus Ellingeri Abbat. & ſui advocati *Ruotperti* pro V. denariis annualiter illuc perſolvendis cum poſteris eiusdem ancille poſtquam nubant, ſi vero tribus annis hoc dimittant, omnem ſervilem legem ſubeant. H. r. t. ſ. *Magnus*, *Magodius de Friechendorf*, *Rahawin de Loha*, *Richher de Hohanperg*, *Poppo de Chapfis*, *Dietpertus Prepoſitus*, *Willihalm Prepoſitus*, *Meginher de Ufhovere*, *Sigihart & frater Meginolt*, *& Pernhart.*

Noverint omnes Chr. fid. quod quidam nobilis vir vocabulo Sigimout tradidit ad alt. S. Quir. ſuam ancillam Adalwich dictam, tali condicione, ut ſingulis annis V. denarios ipſe & omnis eius poſteritas ſolvat. Sed ſi hoc tribus annis integris tributum reddere negligant, omnem ſervilem legem ſubeant. H. don. h. ſ. t. *Lantpertus*, *Aripo*, *Dietpertus*, *Willihalm* &c.

Noverint cuncti Chr. fidel. quod quedam famula S. Quir. vocabulo Engilpolt tradidit VII. iugera in villa Pipurg appellata in manum ſui conſervi *Richfrid* dicti, cum teſtimonio Rihhilonis & Fridipoldi, quatenus ipſe donaret ipſum predium ad aram prefati Martiris, quod perfecit, ſcilicet tradendo predictos agros ad alt. eiusdem Sancti. H. tr. h. teſtes ſubnotavimus: *Pernhard*, *Oudalrich*, *Kerolt*, *Gotafrid.*

Num. III. Sub Herrando Abbate ab An. 1042 - 1046.

Generalitati preſencium & futurorum fidelium hoc ſit notum atque memorabile, qualiter quidam ingenuus vir vocabulo Alpri-

pricus delegavit ad altare S. Quir. in manus Herirandi Abbatis ſuique Advocati Liutprandi ſine contradictione omnium hominum, unum manſum in vico Göttingin dicto ſitum cum molendino adiacenti, ac pratis, paſcuis, queſitis & inquirendis, additis omnibus utilitatibus, que ad ullam poſſeſſionem optimo legitimo iure poſſunt titulari. Hanc ſcil. tradicionem tali fecit pactione, quatenus ſuus filius in hoc cenobio monachico habitu ac profeſſione degens victum veſtitumve haberet, vel ſiquid de prelibato predio in contradictionem ſive ullam diſceptacionem veniret, ipſe id ad ſupraſcriptam legali more aram ſtabiliret, aut precio litem reſolveret. H. r. hi ſ. t. *Heimo*, *Liutram*, *Egilolf*, *Ratold*, *Humprekt*, *Pernhart*, *Meginhalm*, *Othalm*.

Beatitudinem iuſticie ſectantes hoc in ſua fixum teneant cognitione, quod quedam nobilis mulier vocabulo Tuota cum manu ſui filii Hertwici unum manſum nobilis ſcil. hominis in vico Diningin dicto in manum Meginheri delegavit ad alt. S. Quir. tradendum pro victu & veſtitu ipſius filii in cenobio prefati Mart. ſub monachica religione Deo militantis, quod & fecit tradendo quidem ad predictam aram idem predium cum omnibus utilitatibus humano uſui ſervientibus ullo modo appellandis, nulla perſona id contradicente. H. tr. ſ. t. *Oudalſcalch de Tanna*, *Lantprecht*, *Ruodmunt & eius filius*, *Gotafrid*, *Meginhalm*, *Pernhart*.

Animadvertant univerſi Chriſto credentes, quod quidam ingenuus vir nomine Oudalrich divino amore inſtinctus pro remedio ſue anime unum manſum *nobilis ſcilicet hominis* in villa Veltmochingin appellata ſitum delegavit, in manum cuiusdam generoſi viri *Wolvolt* dicti tali condicione, ut ſi ipſe ante paſchalem ſollemnitatem preſentis anni obiret, quatinus ille hoc predium ad altare *S. Quir.* tradendo in uſum fratrum Deo & pretitulato Mar-

tyri

tyri militancium perpetualiter confirmaret. Cum vero memoratus delegator ante ſupradictum tempus preſentem vitam finiret, is qui prefatum predium accepit, legaliter transfudit, penitusque dedit idipſum in manus Herirandi Abbatis, atque ipſius Advocati Ruotperti ſine contradict. hom. cum omnibus appendiciis ullo modo uſui humano ſubiacentibus. H. r. ſ. t. *Hus*, *Kamanold*, *Mazili*, *Sigihart*, *Meginhalm*, *Puopo*, *Tagini*.

Noverint cuncti fideles, quia duo fratres Willipertus atque Perengerus ſervi S. Quir. M. tradiderunt ad altare predicti Martiris in manum Herirandi Abb. tale predium, quale poſſederunt in locis Sconanowa, & Adalprehtiſperc dictis cum ſilva, pratis, agris, paſcuis, queſitis & inquirendis ſine contrad. omnium hominum pro remedio ſuarum animarum, ſuorumque omnium parentum. H. t. t. hi ſubnotati ſunt: *Sigihart*, *Adalfrid*, *Pernhardus*, *Ratold*, *Ericho*, *Adalunc*, *Adalger*, *Richolf*, *Burchard*, *Hiltipato* &c.

Agnoſcant cuncti iuſticiam ſectantes, quomodo quidam ſervus S. Quir. vocabulo Frawiprecht, tradidit ad altare predicti Mart. tria mancipia, ſcil. unam ancillam nomine Liupeni cum filio ipſius Adalpreht vocato, atque filia eiusdem Dietuvich appellata, tali condicione, ut poſt obitum illius unum denarium ſolvant pro ſe ad aram ſepe nominati Martyris, omnisque poſteritas illorum poſt ipſos, poſtquam coniugali copule coniuncti fuerint, ſed ſi hoc tribus annis tributum reddere negligant, omnem ſervilem legem ſubeant. H. tr. t. s. *Gunduni*, *Pero*, *Sigifrid*, *Engildio*, *Othalm*, *Alprich*.

Noticie clareſcat fidelium, quia quidam colonus S. Quir. in beneficio Comitis *Ottonis* ſerviens Denchilo vocatus, in manum filii ſui Erchanharii delegavit tale predium, quale poſſedit in vico Gruwilingin appellato ea lege, quatinus idem filius poſt obitum

ſuum

ſuum ipſum predium ſuper altare prefati Martyris donaret pro ſue anime remedio, ſuorumque omnium ſalute tali condicione, ut ſi ullus unquam Abbas cuique illud in beneficium velit dare, heres ipſius in proprium ius ſine ullius contradictione hominis hec eadem debeat ſubiugare. H. r. t. ſ. *Liutpolt*, *Erchanfrid*, *Engildio*, *Willipreht*.

Univerſorum cognoſcat fidelium Chriſtianitas, noſtri videlicet temporis atque futuri, quod quedam nobilis matrona Reginlint vocata *tale* predium, quale poſſedit in viculo Pawminuchircha *nominato* cum area, agris, pratis &c. poteſtativa manu tradidit *ad alt.* S. Quir. in uſum fratrum Tegrinſe commanencium pro ſui mariti Oudalſcalchi anima, ſueque & omnium ſuorum ſalute, verum ad hec ſuam delegacionem ita firmavit, ut ſiquis diabolica inſtinctione ipſum fundum ab eodem altari tollere preſumat, ipſa aut illius heres illud predium utpote proprium poſſideat. Ad hanc traditionem hi teſtes adducti ſunt: *Dietrich de Megenharthova*, *Dietmar de Hohenperch*, *& eius privignus Richeri*, *Eperhart de Aragartun*, *Gebolt*, *Iacob*, *Gerhart de Furinmos*, *Waltmann de Prucca*, *Engildio*, *Ratolt*, *Fridepolt*. *Othalm*, *Alprich*, *Reginpreht*.

Noticia cunctorum fidelium clareſcat, quod quedam mulier nomine Richilt, cuius omnis progenies ſemper cenſum duorum denariorum omnibus annis ad alt. S. Quir. perſolvebat, a quodam milite Arn vocato, vi in Ancillam ſibi ſubrogata eſt. Poſt hec a marito ſuo data eidem militi pecunia ad predictum cenſum cum omni poſteritate ſua liberata eſt, ea lege, ut ſi tribus annis parentum ſuorum cenſum dare negligat, ſervili condicioni ſubiaceat.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod quidam colonus S. Quir. Einhart nomine, pro ſue, ſuorumque omnium anime remedio tradidit

ad aram preſati Mart. ancillam ſuam Gerfrit vocatam pro cenſu V. denariorum omnibus annis ſolvendo, & omnem poſteritatem eius eadem lege donavit, poſtquam matrimonio coniungantur. Et ſi tribus annis hunc cenſum perſolvere ſepedicto Martyri negligant, omni ſervili condicioni ſubiaceant. H. r. t. ſ. *Hiltipolt*, *Meginhart*, *Adalo*, *Hiltifrit*, *Erchanpolt*.

Cognoſcant univerſi Dei fideles preſentes ac futuri, concambium, quod fecit Abbas Herirandus cum matriculari Advocato ſuo *Ruotperto* cum fratrum permiſſione ac familie approbacione. Idem Advocatus talia predia, qualia poſſedit in vicis Wolfgrupa, qui alio nomine Minſpach dicitur, & Clana vocatis cum areis, pratis, agris cultis & incultis, aquis aquarumque decurſibus, portu, molendinoque, exitibus, reditibus queſitis & inquirendis, cum omnibus uſibus, qui ſcribi vel dici queunt, & inſuper unum *manſum nobilis hominis* in vico Veldmuchinga dicto, delegavit in manum ſui militis ingenui viri *Puopo* nominati; que mox omnia cum prefatis utenſilibus per manus eiusdem ſui Domini idem P. donavit predicto Abbati ſuper ara S. Quir. in uſum fratrum Tegrinſe commanencium. Econtra Abbas dedit eidem patrono tale predium, quale ad monaſterium prefati Martyris tunc temporis pertinuit in viculo Telamhuſen appellato. Huius rei legitime peracte teſtes hic ſubnotavimus: *Puopo*, *Gamanolf*, *Dietpolt*, *Wolfolt*, *Sigihard*, *Ratolt*, *Pernhart*, *Zeizilo*, *Adalo*, *Willihalm*, *Gotafrid*.

Non ignorent cuncti ſectatores Chriſti precariam legem, que facta eſt a Herirando Tegirnſenſis cenobii Abb. cum quadam matrona, paralitica Imma nominata. Delegavit enim eadem nobilis mulier prefato Abbati in manu ſui Advocati Ruotperti tale predium, quale poſſedit in vico Pozheim dicto, quatinus poſt obi-

obitum ſuum cum areis, edificiis, agris cultis & incultis, exitibus & reditibus, paſcuis, pratis, aquis, aquarumque decurſibus queſitis & inquirendis, cum omnibus utilitatibus ad eundem locum pertinentibus, que dici vel ſcribi poſſunt, ad Monaſterium S. Quir. pertineret, ſi ipſa usque dum viveret, aliud predium exinde in poteſtatem haberet. Quapropter Abbas ſuam curtem in predicta villa Potzheim illi tradidit, ac ſic pactum ſtabili tenore iniit, quo uterque fundus cum preſcriptis rebus rediret perpetualiter ad uſum fratrum Tegirnſe commanencium. H. r. t. ſ. *Pabo*, *cuius* amita erat ipſa Matrona, *Puopo*, *Sigihart*, *Meginhalm*, *Gotafrid*.

Omnibus in propatulo eſſe fidelibus preſentis temporis ſive futuri volumus, quod quidam *Preſes Chadalhoch* nominatus pro V. talentis a Herirando Tegrinſenſ. cenobii Abbate ſibi datis delegavit in manum ingenui cuiusdam ſui militis Waltili nomine tale predium, quale poſſedit ex traditione *fratris ſui Pilgrimi Archiepiſcopi Colonienſis* in vico Phunzun nominato, quatinus ille hoc cum portu, agris, pratis &c. ad alt. S. Quir. perpetualiter in uſum fratrum ibidem Deo ſerviencium delegaret. Miles ergo Waltili mox quod ſibi iuſſum eſt fecit Abbate preſente H. cum fratribus, comiteque *Meginhardo de Riherſpuren*. Huius coemptionis teſtes ſunt hi: *Meginhardus* prefatus, *Hartwicus de Howidorf*, *Meginwart de Montichinga*, *Wolfolt de Lintach*, *Adalfrid de Sinſa*, *Hadawin iunior*, *Reginhart*, *Sigihart*.

Noverint cuncti Chriſti fideles, quod quidam S. Quir. ſervus, Hadagrim nominatus, tradidit ſervum ſuum Otmunt appellatum ad alt. eiusd. S. Mart. pro uno denario omnibus annis ſolvendo cum omni poſteritate ipſius, atque ſi eundem cenſum tribus annis dare negligant, omni deinceps ſervili condicione ſubiaceant.

iaceant. Pater enim eiusdem Otmundi ipſum O. emerat a predicto Domino ſuo pro lege, quam prediximus ſolvenda, & XII. annis pro filio eundem cenſum perſolvit. H. r. t. ſ. *Altuom*, *Otakar*, *Richker*, *Adalhart*, *Liutpolt*, *Otger*.

Noticie clareſcat fidelium, quia quidam ſervus S. Quir. Ruotpreht nominatus tradidit mancipium ſuum Wolfolt nominatum ad aram prefati Mart. pro denario omnibus annis illuc ſolvendo. Et ſi hunc cenſum dare tribus annis neglexerit, omni ſervili condicione deinceps ſubiaceat. H. r. t. ſ. *Pernhart*, *&* *eius frater Meginolt*.

Agnoſcant omnes Chriſti fideles preſentes atque futuri, quod quidam nobilis homo *Oudalſchalch de Tanna* nominatus tradidit ancillam ſuam Irminhilt appellatam in manum equivoci ſui *Oudalſchalchi de Herinkuſa* tali pactione, ut ille eidem, quamcunque ipſa libertatem deſideraret, condonari impetraret, tunc ipſius Irminhilde factum eſt deliberacione, quod ſuper alt. S. Quir. cum omni poſteritate pro uno denario omnibus annis tradendo delegaretur. Et ſi tribus annis hunc cenſum dare negligant, omni ſervituti poſtea ſubiaceant, que omnia facta ſunt, ut ſcriptum hec continet. Huius delegacionis teſtes ſunt: *Ratolt de Uſheim*, *Ratolt de Pienzenowa*, *Pernhart de Wachern*, *Sigihart frater eius*, *Gerhart Heliger*, *Fricco de Haſanlangari*, *Hiltipato*, *Adalunc*, *Richer*.

Num. IV. Sub Abbate Ecberto. 1046. - 1048.

Omnes iuſticie ſectatores preſentes ſive futuri cognoſcant, quod quidam ingenuus homo *Eperhartus de Predis* nominatus cum matre ſua Eva nomine tale predium, quale poſſedit frater ſuus *Hadawin* appellatus in villa vocabulo Willinga peticione eiusdem cum area, agris, pratis &c. poteſt. manu delegavit ſuper alt.

S. Quir.

S. Quir. M. in manum Egberti Abbatis in uſum fratrum Tegrinſe perpetualiter Deo ſerviencium pro remedio anime predicti fratris ſui Hadaw. & omnium conſanguineorum ſuorum. H. t. t. ſubnot. *Huc*, *& frater eius Wezin*, *Hadawin*, *Heizo*, *Sigihart*, *Ratold*, *Engildio*, *Gerolt*, *Egilolf.*

Agnoſcant omnes iuſticie ſectatores preſentes & futuri, quomodo quidam nobilis homo Adalfrid nomine tale predium, quale in vico Ehemnotinga dicto poſſedit, cum areis, agris &c. poteſtativa *manu* una cum matre ſua pro victu & habitu monaſtico ſibimetipſi tradendo in manum Egberti Abb. ſuper altare S. Quir. *dedit* in uſum frat. Tegrinſe comanentium, & ipſe ſtatim Regi regum ſpiritualem miliciam vovendo in habitu monachico promiſit ſe permanere usque ad obitum ſuum. H. autem delegacionis teſtes ſunt: *Witogowa de Clana*, *Werinher de Catenhofen*, *Zuntipold*, *Sihart*, *Ratolt*, *Dietmar.*

Noticie clareſcat fidelium, quia quidam ſervus *Comitis Sigikardi* nigri nomine Hartwicus ſuas ancillas Engildam & Hadaloug dictas tradidit ad alt. S. Quir. pro denario omnibus annis cum poſteritate earum ſolvendo. Et ſi III. annis hoc negligant, omni ſerv. cond. ſubiaceant. Hi ſunt teſtes dicte rei: *Oudalman*, *Sigihart*, *Pernhart*, *Meginhalm*, *Engildio*, *Willihalm*, *Othalm.*

Agnoſcant omnes Chriſti fideles, quod quidam colonus S. Quirini nomine Adalfrid ſupra aram eiusdem Martiris, in manum Egberti Abbatis delegavit predium, quale ipſe & ſervus eius Ello nominatus poſſederat, in vico Frovinratiſpach, ea ſcilicet lege, ut poſt obitum ipſius Adalfrid pars ab illo poſſeſſa ſtatim in uſum fratrum Tegerns. commun. ſue cederet, ſimiliter & poſt mortem prefati ſerui altera pars, quam idem inhabitabat, eisdem fratribus perpetualiter cum reditibus, atque omnibus appendiciis

 abs-

abſque contradictione omnium hominum deſerviret. Huius traditionis teſtes ſunt: *Richilo*, *Albrich*, *Pernhart*, *Reginher*, *Rickker*.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quedam nobilis matrona nominata *Diemut* tradidit ad altare S. Quirini ſuas ancillas Gotalint, & Diocelp pro anima filii ſui Dietpoldi tali condicione, ut ſingulis annis V. denarios ipſa & earum poſteritas ſolvat, ſed ſi hoc tribus annis integris tributum reddere negligant, omnem legem ſervilem ſubeant. Huius traditionis ſunt teſtes: *Striturim*, *Sigiloch*, *Patto*, *Dietmar*, *Sigihart*, *Meginhalm*, *Chuono*, *Pernhart*, *Wolfolt*.

Noticie clareſcat univerſorum fidelium preſentium vel futurorum, quod a quodam viro Adalfrido ſuum predium, quod poſſedit in vico Etinprunnan dicto, delegatum eſt legitime in manum cuiusdam ingenui hominis Heinrici appellati, quatinus ipſe donaret predictum predium ad altare S. Quirini pro anima Adalfridi in uſum fratrum prefato monaſterio ſervientium perpetualiter habendum, quam donacionem Heinricus complevit, dando hoc predium cum area, agris, paſcuis, cum omnibus appendiciis, que ullo modo nominari poſſunt. Huius traditionis teſtes ſunt, *Adalfrit*, *Giſilot*, *Richeri*, *Luitpreht*.

Generalem Chriſti nunc & futuri temporis Eccleſiam ſcire deſideramus, quod nobilis matrona ſcilicet *Mater Welfardi Ducis Irmitrud* nomine pro remedio anime eiusdem filii ſui defuncti cum manu *nepotis ſui Welhardi* dicti, id eſt proximi heredis ſui ſuper reliquias S. Quirini, & aliorum Sanctorum Tegrinſe requieſcentium, ſimulque in manum Ruotperti Advocati delegavit poteſtativa manu duas Ancillas ſuas Ningont, & Walni vocatas, ea conditione, ut ipſe & omnis poſteritas earum S. Quirino, atque eius congregationi perpetualiter ſerviant. H. r. t. ſ. *Tagino frater Ruotperti Advocati*, *Uodalhoc de Pippinesrieth*, *Altuom*, *Sigibolt*, *Hachius iunior Gerhart*, *Hegilinch*.

Num.

Num. V. Sub Sigfrido Abbate ab An. 1048-1068.

Notum ſit omnibus Chriſtianis preſentibus ſive futuris, quia quidam ingenuus vir *Helmpreht de Hachinga* nomine, Sigihardo de Wacheringa S. Quir. ſervo predium delegavit, quale ipſe in vico Perloch dicto poſſedit, cum exitibus & reditibus, area, agris, pratis, paſcuis queſitis & inquirendis, & cum omnibus appendiciis, que dici vel legi poſſunt. Huius delegacionis t. ſ. hi: *Harsit Swevus, & eius filius Pertholt, & eius duo Filii, ſcil. Atto atque Hutpreht, Hartwich de Erbolfinga, Pernhart de Wachering.* Poſt hec *prefatus* Helmpreht eidem Sigihardo ipſius predii funditus tradidit *inveſtituram* in proprium dominium. H. r. t. ſ. *Pertholt, Hartwich*, &c. Supradictus autem Sigihardus eundem quem dixi fundum cum omnibus, ut preſcriptum eſt, appendiciis ad peticionem fratris ſui Reginfridi pro amore Chriſti in manus Sigifridi Abbatis, & Ruotperti advocati ſuper alt. S. Q. delegavit, ea ſcil. lege, ut cottidie alicui elemoſinario, qui in Eccleſia ſancti noſtri Patroni dormiendo nocte & die eccleſiaſticas res cuſtodiat, omnis monaſtica annona excepto vino & piſcibus perpetim tradatur. Et hec alimonia ſi alicuius Abbatis tenacia unquam denegetur, vel incuria negligatur, ſtatim idem Sigihart, aut heres eius in proprietatem ſibi vendicet ipſum predium. H. r. t. ſ. *Anno de Luogis, Poupo de Spilperg, Anno de Iſingowi, Ratolt, Meginhalm, Pernhart, Othalm, Engildio Niger, Adalo.*

Noverint cuncti fideles Chriſti, quia colonus quidam S. Quir. nomine Adalger *in beneficio ſerviens* delegavit ancillam ſuam Gunthilt dictam in manum conſervi ſui Adalo nominati, quatinus ille delegaret eam cum omni poſteritate ſua, Tegrinſe ſancto Quirino pro duobus denariis ſibi ſingulis annis perpetim ſolvendis. Idem vero Adalo hanc delegacionem ſicut rogatus fuerat, perfecit ea conditione, ut ſi ſupradicta ancilla vel poſteri eius preſcrip-

ſcriptum cenſum ſancto Martiri tribus annis dare negligant, penitus ſervilem legem deinceps ſubeant. H. r. t. ſ. *Sigihart*, *Engildio*, *Othalm*, *Chuono*, *Wolfolt*, *Adalune*.

Cunctis noteſcat populis, nunc & in poſterum Chriſto credulis, quod quidam *Comes Oudalſchalch* nomine unum *ſervilem manſum* in vico Suligiloch dicto cum area, agris, pratis &c. cum univerſis utenſilibus, que viva vel muta ſentencia ad ullam poſſeſſionem legitime valent adici, in manum Sigifridi Abbatis ſuper altare S. Quir. cum duobus mancipiis poteſtativa manu delegavit, & cum his filio ſuo, quem ad Monachum faciendum Tegrinſe tradidit, monaſticam annonam comparavit. Cuius deleg. teſtes ſunt: *Adalpero*, *& eius filius Heinrich*, *Giſaloth*, *atque milites eiusdem Oudalſchalci*, *Walah*, *Sigibreht*, *Etich*.

Cognoſcant normam iuſtitie amplectentes, ſcilicet preſentes vel futuri Chriſto credentes, quia *Ruotpertus* matricularis advocatus Tegrinſens. Eccleſie unum manſum, quem habuit in villa Sentilinga dicta potentialiter tradidit ad aram S. Quir. in manum Sigifridi Abb. abſque contradictione omnium hominum cum area, agris &c. perpetualiter in uſum fratrum Tegerns. commanencium, pro remedio anime ſue, ſuorumque omnium ſalute, atque pro loco ſue ſepulture. H. r. t. ſ. *Puopo & eius frater Adalfrid*, *Wolfolt de Iſmaningen*, *Megingoz milites preſati Ruotperti*, *Gamanolt*, *Hartwich de Traſamsrieth*, *Panno*, *Ratolt*, *Richker de Iſmaninga*, *Engildio Niger*, *Meginhalm*, *Hiltipato*.

Preſenti clareſcat Chriſtianitati, nec non & poſteritati, quia quoddam predium Telinhuſa dictum, quod Ruotpertus matricularius advocatus S. Quir. a cenobio eiusdem S. Mart. ut in hoc libello perſcriptum eſt, concambiavit, & cuidam *libertino* Regil nomine illud poſtea in proprietatem delegavit, poſt mortem

Regi-

Regilis uxor eius Wieldrud nuncupata poteſtativa manu cum omnibus utenſilibus, que umquam ad illam poſſeſſionem pertinebant, S. Quirino in manus Sigfridi Abbatis, & eius Prepoſiti Sigihardi delegando reſtituit. H. r. t. ſ. *Lantpreht de Herigeriskuſa, Wolftre de Funſinga, Gozwin de Haching, Helmpreht de Haching, Sigihart de Iſmaning, Gunthalm Falſus, Meginhalm Camerarius, Chuono, Fridepolt Senior, Engildio Niger, Willihalm Virzil.* Pro ipſo autem predio eadem Wieltrud curtem S. Quirini Gotzilthuſa dictam cum appendiciis ad eam pertinentibus accepit, hac condicione, uti poſt obitum *illius* reſtitueretur ſancto Martiri absque omnium hominum *contra* dictione. Cuius eciam rei teſtes ſunt preſcripti viri: *ſervi eciam de his quos prediximus quidam erant, qui ad teſtimonium cum ipſius Wieldrude deliberacione acceſſerant.*

Univerſalitati Chriſticolarum nunc & in poſterum volumus notum eſſe, quemdam nobilem virum *Adolf* nominatim, tale predium ſuum cum areis, agris, pratis paſcuis queſitis inquirendis cum omni utenſilium lege absque mancipiis per manum Sigifridi Abbatis ac Prepoſiti ſui Sigihardi S. Quir. poteſtativa manu tradidiſſe, quale ex hereditario iure in vico Weredshus dicto poſſedit, & hoc *pro monaſtica annona herili* filio ſuo Heinrich nuncupato tradidit, quem mater ſua Ava nomine cum ceteris parentibus ad monachum faciendum Tegrinſe dedit. Prefate autem delegacionis teſtes hi ſunt: *Adalpero & eius filii Heinrich ac Pernhart, atque milites eius, Erchanpolt, Giſalolt, nec non ſervi S. Quir. Gotafrid, Chuono, Gothalmus, Zeizilo, Fridapolt, Meginhard.*

Brevis pagine huius deſcriptio omni preſencium futurorumque denunciet evo, Sigifridum Abbatem ſcil. cenobii S. Quir. Mart. quandam mancipiorum commutacionem feciſſe, cum Rifrido congregacionis prepoſito S. Arſacii confeſſoris in Illmunſter,

 con-

conlaudantibus ex utraque parte Monachis & Clericis, eorumque advocatis. Atque in utraque familia pro utilitate competente conlaudante vulgi caterva. Tradidit igitur predictus Abbas Sigifridus una cum advocato ſuo nomine Ruotperto, mancipia, quorum heç ſunt nomina: Himildrud, Muota, Waltrat, Richilt, ſalva condicione, qua ſub nutu ſuo uſe ſunt, prefato prepoſito Rifrido, eiusque advocato nomine *Hortolfo* pro mancipiis Emaheri, Gotani, Hidiprich, Irmandilt nuncupatis, iterum utriusque advocatis conlaudantibus, & ex utraque *familia natu maioribus iuramenti atteſtacione confirmantibus.* Huius rei plures aurium tactu adhibiti ſunt teſtes, *Gunthalm*, *Zeizo*, *Emaheri*, *Meginheri*, *Wickeri*, *Meginfrid*, *Arnolt*, *Pazrich*, *Epermunt*, *Rihhart.*

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus preſ. & futuris, quod quidam nobilis homo Ratolt nomine ancillam ſuam Adalint nominatam cum tribus filiis Herelando, Popone, Werinherio delegavit in manum cuiusdem ingenui viri Ludolf vocati, quatinus ille eadem mancipia cum omni poſteritate illorum S. Quir. donaret pro denario ſingulis annis ab uno quoque eorum perpetim ſolvendo. Hanc delegacionem Lutdolf ut poſtulatus eſt perfecit, & per manum Sigifridi Abbatis preſcripto Martiri predictos ſervos cum matre ſua ea condicione dedit, ut ſi tribus annis prefinitum cenſum dare negligant, omnem deinceps ſervilem legem ſubeant. H. r. t. ſ. *Wolfſtein*, *Reginwart*, *Othalm*, *Wolfolt.*

Noverint omnes fideles Chriſti preſentes atque futuri. Quod quidam homo nobilis nomine Minio habitans in villa Bozana dimidium cellarii ſui, quod habuit in caſtello eiusdem ville contiguo, poteſtativa manu pro pecunia delegavit in manus Sigifridi Abb. & advocati ſui *Pertoldi*, atque nobilis viri *Wolſtregilis*, nec non Prepoſiti Hiltipatonis ſcilicet perpetualiter in uſum fra-

trum

trum Tegrinſe commanencium. Inſuper vero voto ſe obligavit, quod nemini poteus eſſet reliquam partem promptuarii dare aut venundare niſi predictis fratribus, & promiſit, ut his eam daret poſt mortem coniugis ſue Marie & filii ſui Johannis, ſi ſibi vel heredibus eius digna premia ab Abbate Tegirnſenſi darentur. Huius delegacionis & promiſſionis teſtes ſunt *Wolſtregil*, *Hitto*, *Minio*, *Engildio Hiltpato*, *Sigibold Diethalm*, *Chuno*, *Engildio Ruber*.

Innoteſcere cupimus nunc & in evum omnibus recte viventibus Chriſtianis, quod quidam Mantuvin S. Quir. ſervus, qui & *vinitor* eius erat in villa Lounaha dicta, poteſtativa manu, & *cum* conſenſu filii ſui Peronis delegavit in manum Hilpatonis prepoſiti vineam ſuam; quam habuit in loco Campillis dicto, ea ſcil. condicione, ut ille eam poſt obitum ſuum, & uxoris ſue Ella nominate, atque poſt mortem predicti Peronis ad altare prefati S. Mart. pro remedio ſui ſuorumque omnium donaret. H. r. t. ſ. *Engildio Ruber*, *Sigihardus filius Sigehard*, *Gerolt*. Poſt hec vero Hiltipato omnia que ſcripta ſunt, ut poſtulatus eſt, fideliter peregit.

Noverint cuncti fideles, quia quidam ingenuus vir nomine Meginhart, tradidit ad alt. S. Quir. predium quale poſſedit in villa Cozpoldaſtorf dicta cum ſilva, pratis, agris, paſcuis, queſitis & inquirendis cum omnibus appendiciis ullo modo nominandis ſine contradictione omnium hominum pro remedio anime eius, cunctorumque parentum ſuorum. H. r. t. ſunt ſubnotati: *Lonzo*, *Sigihart*, *Meginhalmus*, *Adalhart*, *Willihalm*, *Engildio*.

Cognoſcant normam iuſticie amplectentes ſcilicet preſentes & futuri Chriſto credentes, quia *Ruotpertus* matricularius Advocatus Tegrinſenſis Eccleſie dimidium manſum, quem habuit in villa Sentilingin dicta, potentialiter delegavit in manum Puoponis eius clientis, quatinus eundem poſt eius obitum donaret S. Qui-

ryno, quod & fecit, ſcilicet tradendo ad alt. eius Mart. abſque contrad. omnium hominum cum area, agris &c. pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Iacob*, *Tagino*, *Poupo*, *Eppo*, *Eginhart*.

Non ignorent cuncti fideles Chriſti preſentes atque fut. quod quidam colonus S. Quir., Giſo vocatus predium ſuum, id eſt Huobam in vico Frovinratiſpach dicto iniuſta quadam delegatione legaliter perdidit; quod ſtatim ipſo conſenciente Prepoſitus Tegrinſenſ. Abbatis Ratolt nomine in S. Quiryni poſſeſſionem redegit, & tamen eidem Giſoni pro iuſto cenſu illud in beneficium dedit. Similiter & quidam Weliman, cum eſſet ſervus prefati Martyris, iuſto herede ſuo profugo facto iniuſta delegacione predium ſuum id eſt manſum in villa prefata Frovinratiſpach contigua perdidit, quod predictus Katolt civium conſilio invadens in ſepedicti patroni noſtri poteſtatem contulit, ſed & filiis eiusdem Wellimani de alia uxore ipſum pro cenſu commiſit. H. r. t. ſ. *Echo Camerarius*, *Ratold filius Ratoldi*.

Univerſitati fidelium Chriſti notum ſit, quod quidam nobilis vir Gerolt dictus tale predium, quale in villa Sigihohesprunnen vocitata poſſedit, pro 19. libris vendidit, tradendo ſcil. eiusdem fundi terciam partem pro tercia porcione predicti cenſus peticione *Sigifridi* Abb. atque alias duas particulas prefati patrimonii pro duabus partibus memorate gaze Reginfridi poſtulacione in manus cuiusdam ingenui viri Hainrici, quatinus ille idem predium delegaret, quocumque ipſi poſtulaſſent. Hui. vend. iſti ſunt teſtes: *Otto*, *Adalhoch*, *Gotti*, *Engildio*, *Huc*, *Wernheri*, *Gamanolf*, *Puopo*, *Giſilolt*, *Sigihart*, *Ratolt*, *Albrich*, *Wolvolt*, *Hartwich*. Deinceps proprietatem cum inveſtitura totius preſcripti patrimonii legaliter dedit Heinricus, quem prediximus, in manus

Ruot-

Ruotperti Advocati ad alt. S. Quir. in uſum fructum cum omnibus rebus ad predium ullum pertinentibus, que ſcribi vel nominari poſſunt: tali condicione, quatinus omnis monachica annona, excepto vino & piſcibus, pauperi infirmis ſervienti cottidie detur, atque ſingulis annis in una die karitas, ſicut mos eſt, in precipuis feſtivitatibus noſtris fratribus reficientibus adhibeatur, eodemque die XII. elemoſynarii cum duodenis panibus, ſeu totidem pulmentis ac potibus perpetualiter reficiantur. Sed ſi prefata, quod abſit, alimenta alicuiuscunque malicia abſtrahantur, aut ſupra memoratum predium alicui in beneficium tradatur, Reginfridi *germani* cum ipſorum perenniter heredibus ſupra dicti fundi duas *tercias* partes in ius proprietatis ſue ſine ulla contradictione vendicent.

Noſcant omnes Chriſtiani, quod ingennus vir quidam nomine *Waltrich de Chrichdorf* tradidit ancillam Wirat dictam cum omni poſteritate ſua ad alt. S. Quir. pro V. denariis annuatim illuc ſolvendis. H. r. t. ſ. *Wolfolt*, *Richker*, *Sigiboto*, *Heinrich*, *Oudalrich*, *Pernhart & eius filius Meginhart.*

Noverint omnes Chr. quod quedam nob. femina Liutrat nomine trad. proprias ancillas, quarum una Fridaburg vocata eſt, altera Suona ad alt. S. Quir. ſingulis annis pro uno denario & poſteritatem earum. H. r. t. ſ. *Liutprant*, *Albrich*, *Iacob*, *Liorat*, *Irmpreht*, *Engizo*, *Warmut.*

Cognoſcant omnes Chr. preſentes atque futuri, quod quidam nobilis homo Sigihart dictus tradit. ad alt. S. Quir. propriam ancillam Engilburg nomine pro uno denario cum omni poſterit. eius illuc ſingulis annis ſolvendo. H. r. t. ſ. *Reginpreht de Riuta*, *Hucpreht de Erloch*, *Engilhart*, *Atto*, *Sigiwin*, *Adalpreht*, *Adalbero*, *Richker de Talaheim.*

Generalitati omnium fidelium ad preſens & poſterum clareſcat, quod quidam ſervus S. Quir. *in beneficio ſerviens*, in villa Lüterinpach Waltrich nomine mancipium ſuum Ruodker vocatum ad alt. eiusd. S. Mart. poteſtativa manu tradidit pro duobus denar. cum omni poſteritate illius ſingulis annis Tegrinſe ſolvendis. Et ſi hoc tribus annis dimittant, omni ſervili cond. ſubiaceant. H. r. t. ſ. *Sigihart & eius filius Wolvolt*, *Uodalrich*, *Engildio Rufrus*.

Notum ſit omnibus Chr. preſ. & futuris, quod quidam nobilis homo Dietpreht nomine tradidit propriam ancillam Waltpurg nominatam cum omni poſteritate ſua ad alt. S. Quir. pro uno den. ſingulis annis Tegirnſe ſolvendo. Quem cenſum ſi tribus annis dare negligant, quarto anno omnem ſervilem legem ſubeant. H. trad. t. ſ. *Fridapreht & eius filius Aribo*, *Rahawin*, *Ruodolf*, *Irminhart*, *Reginhart*, *Hiltipolt*, *Chunipreht*, *Gerpolt*, *Hiltipato*.

Omnibus fidelibus Chriſti nunc & in evum notum eſſe volumus, quoniam quidam vir ingenuus Rihheri vocatus cum ſorore ſua Wihrat dicta tale predium quale poſſederunt in loco Lenginlant nominato, delegarant in manum cuiusdam nobilis viri *Ansfrid* nominati eo pacto, ut ipſe illud ſuper alt. S. Quir. traderet continuo, quod & idem Ansfrid perfecit. Nam dictum predium per manum Pernhardi Prepoſiti cum area, agris, pratis, paſcuis, queſitis & inquirendis, & cum omnibus appendiciis, que dici vel ſcribi poſſunt, una cum inveſtitura predii ad aram ſepe dicti Mart. delegando dedit tali condicione, ut ſi aliquis idipſum predium cuiquam in beneficium tribuat, prefatus Pernhart vel eius heres in proprietatem hoc ſtatim poſſideat. H. preſcripte rei teſtes hic ſunt ſubnotati: *Aſpreht nobilis*, *Sigihart Prepoſitus*, *Ratolt*, *Engildio niger*, *Albrich Waltman*, *Adalpero villicus*, *Wicheri niger*.

Pre-

Pretitulatus Aſpreht eodem tempore cum predictis teſtibus quoddam pratum delegavit S. Quiryno, predio eius Fhrumpach dicto contiguum. Pariter etiam prememoratus Anfrid in ipſa tempeſtate ſub preſcriptis teſtibus S. Quiryno tradidit partem ſuam patrimonii in vico Holza dicto, id eſt aream *cum tribus iugeribus agrorum in ſingulis campis*, & tria iugera pratorum. Verum in proceſſu temporis filio eiusdem Ansfridi, qui Rihheri vocatus eſt talem tradicionem contradicente, demum cum ipſius Rihheri conſenſu & delegacione tale predium, quale poſſedit in villa Rehpach *dicta* pro remedio ſui ſuorumque poteſtativa manu donavit *ad alt.* prefati S. M. in uſum fratrum ſibi ſerviencium, per manum *Ruotperti* Adv. noſtri matricularis cum area, agris, pratis &c. una cum inveſtitura eiusdem predii, & ipſe continuo a predicto Advocato R. preſcriptum prediolum in vico Holza dicto ſitum, ut petiit, receperat iuſti iure concambii. Huius concambicionis teſtes per aurem tracti hic ſunt ſubtitulati: *Timo de Ouganpurg, & eius filius Waltheri, Puopo de Chapphas, Liuto, Dietpolt, Egilolf de Ismaning, Sigihart & eius filius Wolfolt, Sigihart de Moſacha, Wolfolt criſpus, Alprich Camerarius, Engildio vetus.*

Fidelium Chriſti pluralitas preſens & futura non ignoret, qualiter quidam Advocatus S. Quir. *Pertholt* nomine poteſtativa manu ad alt. eiusd. S. Mart. pro rem. ſui ſuorumque parentum per manum *Sigibotonis noſtri Advocati* preſente Abb. Sigifrido cum ſuis fratribus in uſum ipſorum vineam propriam in Bozanenſi villa donavit ſcil. in optimo loco eiusdem ville ſitam, ubi quidam inibi famoſus Giſalhart vocatus habitavit, & idem vinetum Outo iam dicti Pertholdi ſervitoris noſtratibus premonſtravit. H. r. t. ſ. *Gerolt de Brucca, Sigihart de Wacherin, Engildio rufus, Oute ſervitor, Sigihart Portinarius.*

Agni-

Agnitum ſit omnibus Chriſtianis preſentibus & futuris quoniam quidam nobilis homo *Rikheri de Tanna* pro ſepultura ſua, ſueque coniugis per manum Sigihardi Portarii, & Sigifridi Abbatis tale pred. ad alt. S. Quir. Tegrinſe dedit, quale ipſe in loco Talaheim dicto cum area, agris, paſcuis, & cum omnibus appendiciis eius poſſedit. H. r. t. ſ. ſubſcripti: *Sigihart Prepoſitus*, *Ratolt*. *Wolvolt*, *Oudalric*.

Sequenti ſubſcriptione omnium fidelium Chriſti preſentium ac futurorum plebi cupimus innoteſcere, quod quedam nob. matrona *Mahthilt* nomine pro animabus occiſorum mariti ſui *Adalperonis*, & Soceri ſui *Reginperti*, qui & fuit Advocatus S. Quir. Ecclesie Tegrinſe ad alt. eiusd. S. M. per manum *Sigibotonis Preſidis*, qui & Advocatus fuit eiusdem S. Mart. & per manum Wolfoldi Prepoſiti tradidit unum *manſum nobilis* hominis in villa Loha ſitum cum area plena edificiis, & cum agris, pratis, ſilvis, & paſcuis, queſitis & inquirendis, cum exitibus ac editibus, atque omnibus appendiciis, que ullo modo ſcribi vel dici poſſunt. H. r. t. ſ. ſubſcripti: *Hartuwich de Rorimos*, *Werneri de Tana*, *Oudalric de Belaheim Ruotpreht*, *Otwin de Andehſa*, *Wolfregil de Perga*, *Pilgrim*, *Radolf de Perga*, *Wicpato*, *Volchrat*, *Sigiboto*, *Pero*.

Num. VI. Sub Abbate Eberhardo ab An. 1068. - 1091.

In eadem villa poſt prefatam tradicionem gener predicti Reginperti nominatus Ruodpreht cum conſenſu coniugis ſue Irmingardis & filiorum ſuorum ad alt. S. Quir. tradidit plenum manſum nobilis viri per manus Eberhardi Abb. & Wolfoldi Prepoſiti eius cum area, edificiis, agris, & cum omnibus appendiciis eius. H. r. t. ſ. *Richeri de Reinriet*, *Eberhard de Herrahuſen*, *Pernhart de Geippenhuſa*, *Siboto de Panprunnan*, *Heinricus*, *Gerwicus*, *Eckehart* *Mini-*

Miniſter eius, Ruotpreht, Wezil, Hartmanus fil. Sigimar, & filius eius Sigimar.

Noverint omnes credentes Chriſto, quod Reginpertus Advocatus tradidit propriam ancillam ſuam Engilsvint nominatam in manum *Sigihardi de Sevon* delegandam pro V. denariis ad alt. S. Quir. cum omni poſterit. ſua, quod ipſe complevit, delegans eam eodem pacto ad predictum altare. H. r. t. ſ. *Humphrit & Hatto de Steingova, Pertolt, Maganhart, Meginhalm.*

Sciant omnes Chriſtiani, quod quedam matrona nomen habens *Sigirat* vidua *Duringi de Mullis* delegavit ancillam ſuam Hodamuodam cum omni poſt. ſua in manum *Dietgeri* ingenui militis eo pacto, ut ipſe illam delegaret ſuper alt. S. Quir. Tegernſenſis. Hoc idem Dietger perfecit per manum *Advocati Bernhardi* ipſam ancillam tribuens ad altare predictum pro iuſto cenſu, quod ſunt V. denarii. H. r. t. ſ. *Irmindiet de Steingowa, Witil de Steinniſperch, Eperard de Grazzo, Puopo, Wolfolt & eius frater Oudalric, Liutpreht.*

Cunctis fidelibus Chriſti notum ſit, quod quidam ingenuus homo nomine *Dietmar de Moſaha* ancillam ſuam Werinpurch dictam tradidit in manum Sigiwardi ea condicione, ut ipſe eam delegaret ſuper alt. S. Quir. Tegern. pro V. denar. cum omni poſterit. eius annualiter illuc ſolvendis. Et ſi hunc cenſum tribus annis neglexerit, omnem ſervilem legem ſubiret. Hane peticionem Sigiwart perfecit, delegans eam prefatam ancillam per manus Eberhardi Abb. & eius miniſtri Altmanni ſuper altare predicti Mart. per omnia, prout dictum eſt. H. tr. teſtes ſunt: *Sigihart, Oudalric, Meginhart, Huntpreht, Eperhart, Wezil, Willihalm, Waltker.*

Notum ſit cunctis, quod quidam miles nomine *Rattolt de Urſinperge* tradidit unum ſervum Waltpreht cum aliis VII. quorum nomina ſunt Erchanpreht, Richer, Eppo, Megingoz, Walker, Guntpreht ad alt. S. Quir. ſingulis annis pro V. denariis reddendis. H. tr. t. ſ. *Waltman*, *Eperhart*, *Lantpolt*, *Oudalric*, *Othalm*, *Sigimar*, *Sigiboto*, *Heinrich*.

Cognoſcant Chriſti fideles, quod quidam colonus S. Quir. nomine Heripato de Funſingen tradidit unam ancillam Wulrath ad alt. eiusd. Mart. ſingulis annis V. denarios ſolvendo. H. r. t. ſ. *Meginhart*, *Oudalrich*, *Gotehalm*, *Nortpreht*.

Omnibus Chriſtianis notum ſit, quia concambium, quod factum eſt pro ancilla S. Marie Friſingenſ. Eccleſie Iuditta nomine & pro ancilla S. Quir. Heilwich dicte, advocati utrorumque ſanctorum uno vocabulo *Pernhart* nominati, alter de *Scira*, alter de *Sachſincheim* preſente Epiſcopo Meginwart dicto in loco Croupa vocato ambarum familiarum conlaudacione legali confirmacione perfecerunt cum his teſtibus ſubſcriptis, *Arnolt de Scyra*, *Papo de Stuoſa*, *Siboto Comes*, *Wolftregil de Holzollingan*, *Adalpero de Sceiſſitan*, *Gotepolt de Wanga*, *Sigihart & frater eius Pernhart de Iſmaninga*, *Engildio & frater eius Wernhari de Staininchirchen*, *Oudalſcalch de Funſingan*, *Pernhart de Perchah*, *Pernhart de Wacheringen*.

Innoteſcimus cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam miles nomine *Heinricus de Undimesdorf* delegavit ſuum ſervum Luitramum vocatum iuxta peticionem eiusdem famuli per manum ingenui viri Reginperti, ut ipſe traderet eum ad alt. S. Quir. ſingulis annis V. denar. reddendos, quem cenſum ſi tribus annis negliget, quarto anno ſervilem legem ſubiret. H. tr. t. ſ. *Wolvolt*, *Chuno*, *Siboto*, *Pernhart*, *Starchant*, *Pilgrim*, *Waltman*.

Agno-

Agnoſcant Chriſti fideles, quod quidam miles *Wernheri* nomine *de Glana* tradidit ad alt. S. Quir. Mart. V. mancipia Waltman, Richart, Hizila, Hinzila, Adalheit de Totindorf cum omni poſteritate ſua in ſingulis annis V. denarios darent. Si hunc cenſum tribus annis dimittant, ſervili condicioni ſubiaceant. H. r. t. ſ. *Pabo*, *Adalbero*, *Werner*, *Eppo*, *Gotabolt*, *Wolfolt*, *Sipoto*.

Hac deſcriptione notum eſſe cupimus Chriſtianis cunctis preſentibus ac futuris, quia predium quod Gozpoldiſtorf dictum a quodam ingenuo viro Meginhart. nominato olim S. Quiryno traditum, dum nullam utilitatem prebende fratrum Tegernſe addidit, cum laudacione tocius familie S. Quir. coram Abbate Eberhardo ipſius conſenſu Advocatus eius *Pernhardus* pro IV. talentis Gerwigo Parochiano presbitero ad Gimunda ea delegacionc per manum Wolfoldi eiusdem presbiteri advocati tradidit, ut ſi quisquam poſtmodum litigioſum faciat dictum predium, dupliciter eidem presbitero einsque poſteris predium habentibus reſtituat prefatum precium. H. r. t. ſ. nobiles *Richerus de Tanna*, *Starchant de Egilswanch*, *Heinrich de Puſterſtal*, & *ſervitores S. Quir. Sigihart de Moſtaha*, & *eius filius Pernhart*, *Richker de Iſmaningen*, *Ratolt iunior prepoſitus*, *Oudalrich de Wachering*, & *frater eius Siboto*, *Heinrich*, & *cognati eorum Sigimar*, *Pernhart*, *Oudalrich*, & alii quam plurimi.

Chriſtiani cognoſcant cuncti preſentes ſcilicet atque futuri, quia concambium factum eſt pro ancilla S. Marie Friſing. Eccleſie Iudita nomine, & pro ancilla S. Quir. Hazacha vocate, què utraque ancilla pro alterutra cum gemina prole ſua, *norico ritu de familia in familiam equali alternacione ſunt tradite.* Concambium hoc predictorum ſanctorum advocati uno vocabulo *Pernhart* nominati, *alter de Scyra*, *alter de Saſſincheim* in loco Weringa vocato ambarum famularum conlaudacione legali confirmatione perfecerunt

cum teſtibus hic ſubſcriptis. *Arnolt de Soyra*, *Walther Comes de Vunſininga*, *Walther de Ouganpurch*, *Goteſcalc de Marchpach*, *Papo de Stuopha*, *Siboto Comes*, *Adalpreht de Rota*, *Gotepolt de Wanga*, *Richer de Tanna*, *Papo de Munidin*, *& Servitores Friſingenſes*, *Chuono de Aſcilinga*, *Volchrad*, *Iſingrim de Ramiſintal*, *Werinher de Stainin-chirchen*, *Gerwick de Miltaha*, *Servitores S. Quirini Richker & frater eius Pernhart*, *Oudalrich de Wacheringa*, *Oudalrich de Puſenchaim*, *Ratolt iunior Prepoſ. Gunthalm de Gozlinthuſa*, *Richart de Iſinpach*.

Intelligant omnes Chriſtiani, quod quidam ingenuus homo nomine *Sigiwar de Seuma* tradidit ad altare S. Quir. unum ſervum Helmonem nomine, ut ſingulis annis V. denarios donaret ad aram eiusdem Martiris, & ſi hoc tribus annis negligat ſervilem legem ſubiret. H. r. t. ſ. *Siboto Preſes. & Sigihardus*, *Wolfolt*, *Ratolt*, *Waltman*, *Sigimar*.

Noticie clareſcat fidelium, quod quidam ingenuus homo *Liutpoldus* nomine *de Nothzinga* tradidit ad aram S. Quir. Mart. duo mancipia cum omni poſteritate eorum ſervum Sigipoldum appellatum, & ancillam Wezala nominata pro V. den. illuc ſolvendis. Et ſi hunc cenſum 3. annis neglexerunt, omni ſervili cond. deinceps ſubiaceant. H. r. t. ſ. *Adalram de Prunnan*, *Sigihart*, *Wolfolt*, *Sigipolt de Viechta*, *Pernhart &c.*

Iuſticiam omnes diligentes nunc & in poſterum recte viventes ſubſcriptam cauſam optamus, ut ſint ſcientes. Quedam ergo *nobilis Matrona Hiltigart* vocata ſervitori *preſidis Perngeri de Eiplinga* Pero nomine *matrimonio copulata* cum ipſius mariti ſui atque filiorum, quos de illo genuit, conſenſu expeticione Waltmanni Monaſt. Tegrinſ. Prepoſiti pro XX. talentis proprium ſuum predium in vico Tiſinhova ſitum, quod prius iureiurando confirmavit ſe nemini delegaſſe, delegavit cum area, pratis, arbuſtis, paſcuis,

ſcutis, queſitis & inquirendis, exitibus, & reditibus, & cum omn. appendiciis ullo modo dicendis, in manum ſervi S. Quir. Adalpero dicti ea condicione, ut ille hoc delegaret, ubicunque prefatus Waltman poſtularet. H. r. t. per aurem tracti ſunt *Pero maritus, & eius frater Pernger, Grimolt, Liutprant, & ſervi S. Quir. Ratolt, Rahwin, Heripato atque Reginpreht conſobrinus predicti Peronis*, & coram ipſis teſtibus inveſtituram eiusdem predii delegavit prefato Adalperoni. Poſtea Adalpero petente Waltmanuo Prepoſito delegavit ipſum predium in manum conſervi ſui Engildio *dicti* eo decreto, ut hoc ille iuxta velle eiusdem Waltmanni *ſuper* aram S. Quir. pro animabus omnium Chriſti fidelium traderet in uſum fratrum Tegrinſe ſerviencium deo. H. r. t. ſ. *Wolfolt, & eius filius Siboto, Hartwich filius Ratholdi & Lampolt, Chuno*, ut in duobus feſtis S. Benedicti fratribus bona ſervicia inde dentur, & L. pauperes victu hinc conſolentur. Tandem Engildio poſtulata perficiens per manum Eberhardi Abb. & Servitoris eius prefati Hartwici dictum predium donavit ſuper alt. S. Quir. eo pacto, ut ſi quisquam malus hoc rapiat, vel quisquam Abbas in beneficium hoc tribuat de eius cenobio vel ſervicio fratrum, proximus cognatus Waltmanni illud iure poſſideat proprio. H. r. t. ſ. *Wolfolt, Siboto, Chunrat, Storchant, Pilgrim, Oudalrich, Pernhart.*

Racione infra ſcripta omnes Chriſtiani ſemper viventes habeant in noticia, quoniam nobilis homo *Wernheri de Loxinchiricha* pro victualibus rebus ſibi donec viveret ab Abb. Tegrinſ. tradendis, quia filium non habuit cum conſenſu & laude filie ſue Wezala dicte, atque eius mariti Altman nominati ſuper aram S. Quir. in manus Eberhardi Abb. & Servitoris eius Gotafrid dicti dedit poſt obitum ſuum duas areas unam ad Phrumpache cum agris & pratis, paſcuisque cum aliis appendiciis, & vineam unam cum V. mancipiis, uxore ſcil. cujusdam Gunzilinis, & IV. filiis eius pro

V. denariis annualiter cum poſteritate eorum Tegrinſe dandis, quem cenſum ſi tribus annis negligant, omnem ſervilem legem exin ſubeant. Aliam autem aream dedit in Potenouwa cum agris, & pratis, & aliis appendiciis. H. r. t. ſ. *Iedanch de Werde*, *Siboto*, *Pernhart*, *Oudalrich de Püſenchaim*, *Rahawin*, *Oudalrich de Prunpach*, *Adalbero*, *Ortliub*, & ſtatim rerum ipſarum inveſtituram ſimiliter delegavit ſancto Quiryno.

Subſequens deſcriptio inoteſcat cunctis pie viventibus in Chriſto, quod quedam nob. vidua Willipurch dicta pro defuncti mariti ſui Wernheri vocati anima tale predium, quale poſſedit in loco Rampertishova dicto, delegavit ſuper alt. S. Quir. in manus Eberh. Abb. & eius Advoc. *Pernhardi*, *cum Eccleſia*, areis, agris, paſcuis, queſitis & inquirendis, & cum aliis append. & cum duobus mancipiis Irmiheri & eius coniuge, ſtatimque inveſtituram ipſius predii donans S. Quir. ab Abbate & Advocato eius obtinuit, ut poſt obitum ipſius Willipirge tandem uſus dicti patrimonii Monachis Tegrinſenſibus deſerviat, quibus ſi quisquam hoc rapiat, vel ſi ullus Abbas illud in beneficium tradat, proximus heres eiusdem vidue ſibi in proprietatem ipſum trahat. H. r. t. ſ. *Siboto Comes*, *Altman frater Wernheri*, *Sigifrid*, *Wolfrigil*, *Gotepolt*, *Wolfolt*, *Wigman*, *Puobo*, & alii quam plures.

Diverſitati gencium nunc & deinceps in mundo pie viventium hoc notum eſſe cupimus, quod ſequentibus litteris dicimus. Quidam nob. vir *Etich* vocatus de vico *Pernbach* dicto cum conſenſu coniugis & filiorum eius tale predium quale poſſedit in loco qui dicitur Weridishus cum area, edificiis, agris, pratis, arboribus, nemoribus vel arbuſtis, queſ. vel inquiſ. cult. & incult. exit. & reditibus & cum omnibus append. ad hoc pertinentibus poteſtativa manu pro IX. marcis argenti ex peticione duorum mo-

nacho-

nachorum de cenobio S. Quiryni ſcil. Eperhardi & Pernhardi delegavit in proprietatem Werinhero ſervitori prefati Martyris, cui eciam pariter inveſtituram eiusdem predii donavit coram teſtibus pro ipſa re per aurem tractis, atque hic ita ſubſcriptis, *Hartuwich de Rikholtorf*, *Adalpreht de Gerinic*, *Oudalrich de Puſenchaim*, *Wolfolt de Wachering*. Poſtea idem Werinher petentibus predictis Monachis prenominatum predium cum omnibus ſupra ſcriptis cauſis per manus Eberhardi Abb. & eius adv. Pernhardi delegavit ſuper altare S. Quir. Tegern. ea condicione, ut in ſingulis annis karitas fratribus prebeatur & XII. pauperes ipſa die inde reficiantur, id *eſt in V.* Idus Novemb. quando colitur memoria ſancte Crucis. *Huius* quoque predii inveſtituram per manus predictas S. Quiryno donavit Werinheri eo pacto, ut ſi cuiquam in beneficium tribuatur, vel ſervicium fratribus inde prebendum deſtruatur, proximus heres Monachorum predictorum tres denarios ſuper alt. S. Quir. ponat, & illud deinceps in proprietatem poſſideat. H. r. t. ſ. per aurem tracti, *Richheri de Tanna*, *& eius filius Oudalſcalc*, *Eberhart*, *Eppo*, *Wolvolt*, *Siboto*, *Heinrich*, *Wielihalm*, *Hartwich*.

Cognoſcant omnes Chriſtiani, quod quedam matrona nomine, Gotta quendam ſervum ſuum Albrich dictum delegavit in manum cuiusdam ingenui viri *Humperti de Steingowa*, ut ipſe eam delegaret ad altare S. Quir. Mart. pro remedio anime ſue ſuorumque parentum, ut ſingulis annis V. donaret denarios ad ipſum alt. ſi autem iſtud tributum tribus annis integris negligeret, ſervilem legem ſubiret. H. r. t. ſ. *Iſanrich de Rosdorf*, *Sigihart de Serlloch*, *Wolvolt*, *Siboto*, *Oudalrich*, *Waltman*, *Sigimar*, *Hartwich*.

Beatitudinem iuſticie ſectantes agnoſcant, qualiter quedam matrona *Tita* nomine *de Dietpreſtiſchiricha* tradidit duo mancipia unum ſervum Gunthar dictum & ancillam Hiltipurch appellatam

tam

tam per manum cuiusdam militis *Gebolf Karandiris* nominati, ut ille poſt obitum ſuum delegaret eos ſuper aram S. Quir. pro ſuo parentumque ſuorum remedio ea condicione, ut annuatim V. denarios cum omni poſterit, eorum donarent ad alt. ſepe dicti martiris, quod & factum eſt, ſed ſi hunc cenſum tribus annis non darent, ſervilem legem ſubirent. H. tr. t. ſ. *Sigihart*, *Katclt*, *Meginhalm*, *Chuono*, *Wolfolt*, *Sigimar*, *Waltman*.

Noverint omnes Chriſti fideles nunc & inpoſterum viventes, quod matricularis advocatus S. Quir. *Pernhard* vocatus quoddam predium Zeizmanna dictum iuxta ſtagnum Wirmſe dictum cum omnibus appendiciis ſuis pro remedio animarum ſuarum, matrisque ac fratrum ſuorum Tegrinſe ſepultorum poteſtativa manu cum molendino ad Giſilingam ſuper flumen ſcinetum conſtructum tradidit ad aram prefati Mart. S. Quir. in uſum perpetuum fratribus ibidem Deo ſervientibus; ita ut nullus hec beneficio potens ſit inde auferre, preſertim ſi hoc quod abſit fiat, quia proximus heres prefati Pernhardi ipſum predium & molam in proprietatem recipere debeat. Inſuper idem advocatus annualiter ſaugmarium olei, ad victum fratrum medium, mediumque ad luminatia Eccleſie concinnanda ex ſuis locis condonavit, pro quibus rebus teſtes ſubnotatos adeſſe impetravit. *Adalpero*, *Gotapolt*, *Wolfſtegil*, *Gozwin*, *Wolvolt*, *Oudalrich*, *Sigboto*, *Sigimar*, *Waltman*, *Heinrich*.

Omnibus in propatulo eſſe deſideramus preſ. & fut. quod quidam ingenuus homo Isker dictus tale predium, quale poſſedit in vico Sigohohesprunnan nominatum cum areis, edificiis, agris, pratis, cultis & incult. ques. & inquir. cum omnibus utilitatibus ad eundem locum pertinentibus que dici vel ſcribi poſſunt, ad monaſt. S. Quir. tradidit per manum advoc. Pernhardi eiusdem Mart. & Abbatis Eberhardi pro remedio anime ſue parentumque ſuorum

&

& pro ſepultura ſua. H. r. t. ſ. *Richeri de Tann*, *Wernheri de Regimundishovan*.

Generalitati omnium fidelium clareſcat, quod quidam ingenuus homo *Eberhart* nominatus *de Huminanch* tradidit ad alt. S. Quir. ſuum ſervum dictum Dietmar pro remedio anime ſue parentumque ſuorum pro V. denariis ſingulis annis illuc ſolvendis, ſed ſi hunc cenſum tribus annis dare negligeret, quarto anno ſervilem legem ſubiret. H. r. t. ſ. *Eppo de Urſprinc*, *Heinrich de Loha*, *Wirunt de Eiblinge*, *Heinrich*, *Siboto*, *Wolfolt*, *Pernhart*, *Oudalrich*.

Notum ſit omn. fidel. nunc & inpoſterum viventibus quod quidam S. Quir. ſervus Adalpero vocatus, peccunia ſua ab ingenuis hominibus predia acquiſivit in proprietatem in Patinowa ad Phrumpach ſita, que ſibi cum bonis teſtibus tradita poſthec per manus Eberhardi Abb. & advocati ſui Pernhardi delegavit ſuper alt. S. Quir. ad Tegrinſe pro remed. anime ſue ſuorumque parent. ea conditione, ut proximi heredes eius ipſa predia perpetim habeant in hereditatem eo pacto, quod ſingulis annis poſt dedicationem Eccl. S. Quir. & ante feſtivit. omnium SS. fratribus Deo ac predicto Martiri ſervientibus prebeant ſervicium, quod ſubnotatum eſt, id eſt modium ſpelticii tritici, & modium ſigalis, & ſaugma vini, vel ſitulam probabilem mellis, atque 150. ova cum uno ſextario milii, ac duobus ſextariis leguminis, & unius anni etatem habentem porcum, & 130. denarios ad piſces emendos. Si vero ipſi heredes uno anno hoc ſervitium non perficiant, ſequenti anno tripliciter illud perſolvant, quod ſi tribus annis id perſolvere dimittant, advocatus S. Quir. predia tota auferens heredibus dictis, in proprietatem Monachis prelibato ſancto famulantibus potenter redigat. Quamdiu autem heredes prefati dictum ſervicium perſolvant, nullus Abbas vel Advocatus ab ipſis nullum aliud famulamen exigant, quod abſit ſi faciant, dei iudicio ſe dampnan-

dos eſſe ſciant. H. r. t. ſ. *Siboto preſes*, *Wolfregil de Perga*, *Tagin de Brucca*, *Wernher de Vagene*, *Wernheri de Steinechirche*, *Megingoz de Grunchol*, *Wolvolt*, *Siboto*, *Oudalrich*, *qui primus debet eſſe heres*, *Poupo*, *Wigman*, *Warmunt*.

Noticie clareſcat fidelium, quod quidam miles nomine *Petto de Solowan* tradidit ad aram S. Quir. ancillam Irmipurch dictam ut ſingulis annis V. denar. donaret ad ipſum alt. & ſi tribus annis hunc cenſum non daret, quarto anno legitimum ius ſubiret. H. r. t. ſ. *Siboto*, *Wolfolt*, *Heinrich*, *Siboto*, *Sigimar*, *Ortolf*, *Oudalrich*.

Noticie clareſcat fidelium, quod quidam ingenuus homo nomine *Rikheri de Frumpack* delegavit unam ancillam Azawin dictam per manum cuiusdam ſervitoris S. Quir. Adalperonis, ut ille eam delegaret ſuper aram eiusd. Mart. pro remed. anime cuiusdam militis nomine Aſuvin ea condicione, ut ipſa cum omni poſteritate ſua traderet ad altare predicti Mart. V. denarios. Si hunc cenſum tribus an. negligeret quarto anno ſervilem legem ſubiret. H. r. t. ſ. *Siboto Preſes*, *Oudalſcalch de Tanna*, *Gotepolt*, *Aribo*, *Riohker*, *Wolfolt*, *Oudalrich*.

Agnoſcant Chriſti fideles quod quidam *Preſes Sigiboto* delegavit ad altare S. Quir. unam ancillam nomine Penzam de Ollingan cum omni poſterit. ſua, ut ſingulis annis daret cenſum iuſtum, quod ſunt V. denarii, ſi autem cenſum non traderent, ſervilem legem ſubirent. T. h. tr. ſ. *Pernhart Advoc. Oudalſcalc.*, *Wolfolt*, *Oudalrich*, *Rihher*, *Siboto*, *Heinrich*.

Animadvertant cuncti, quod quidam liber homo nomine *Reginher de Suliloch* tradidit ad alt. S. Quir. ancillam Adalheit dictam pro remedio anime ſue, cum omni poſteritate ſua, ut ſingu-

lis

ſis annis donaret V. den. illuc, poſtquam coniugio copuletur. Si autem &c. H. t. t. ſ. *Irmhart de Sulilock*, *Otker*, *Liutpreht Cellarius*, *Rihheri Piſtor*, *Heinrich de Gemunden*.

Innoteſcimus cunctis, qualiter nobilis homo *de Urſinperch*, *Williperch* dictus tradidit ad altare S. Quir. Mart. per manum Advocati Pernhardi & Eberhardi Abbatis quendam ſervum nomine Diotmanum tali pacto, quod ſingulis annis iuſtum cenſum, quod ſunt V. denar. illuc daret. Si autem &c. H. r. t. ſ. *Sigiboto*, *Wolfolt*, *Poupo*, *Udalrich*, *Heinrich*, *Sigimar*.

Fidelium Chriſti pluralitas non ignoret, quod quedam mulier nomine Hiltigart dicta de Chaltinprunnen tradidit ancillam ſuam Hiltigart appellatam ad alt. S. Quir. per manum Adv. Pernhardi cum omni poſteritate ſua ut ſingulis annis donaret ad aram eiusd. Mart. V. den. Si autem &c. H. r. t. ſ. *Sigiboto Preſes*, *Richker*, *Heinrich*, *Gotafrit*, *Oudalrich*, & alii quam plures.

Agnitum ſit omnibus, quod quidam ingenuus homo nomine *Friſo de Perga* trad. ad alt. S. Quir. ancillam ſuam Gepam dictam cum omni poſteritate ſua quo ſingulis annis V. den. donaret. Si autem &c. H. r. t. ſ. *Perenger*, *Wolvolt*, *Ruotpreht*, *Siboto*, *Heinrich*, *Werinher*, *Oudalrich*, *Othalm*, *Sigimar*.

Agnoſcant omn. fid. tam futuri quam preſentes quale concambium fecit Richker ſervus S. Quir. cum Domino ſuo Eberhardo Abb. Tegerinſenſ. cenobii, ipſe etenim Richker dedit ſuum predium in Erhartingen ſitum eidem Abbati pro alio predio Ziſmaningem dicto, quod ante habuerat *iure beneficii*, ut ipſe omniſque eius poſteritas idem predium poſſiderent perpetualirer *hereditario iure*. Hec acta ſunt in Hachingen in preſencia matricularis Advocati Pernhardi, conlaudante omni familia S. Quiryni.

H. r. t. ſ. *Siboto Comes*, *Goteſcalc de Marchpach*, *Eppo de Hunninwanch*, *& frater eius Adalpreht*, *Wernherus de Vagin & frater eius Anno*, *Wolfolt de Piiren*, *Eberhart de Tala*, *Warmunt de Argarten*, *Wolfolt de Iſmaringen*, *Egilolf centurio*, *Wolfolt de Wacherichan*, *Siboto*, *Oudalrich*, *Chuono de Uſhero*, *Pilgrim filius fratris eius*, *Heinrich filius Chunonis*, *Meginhart de Aſcheim*, *Albrat frater eius*, *Meginwart*, *Oudalrich fil. ſororis eius*, *Oudalrich de Puſincheim*, *Adalram de Winſingen*, *Rikhart de Gerinpach*, *Emeher frater illius*, *Adalger de Suloche*, *Adalger de Holzheim*, & alii multi.

Notum ſit omnibus Katholice Eccleſie filiis & maxime S. Quir. patroni noſtri ſervis, quia ego Rihker dedi Domino meo Eberhardo Abb. unam *huobam nobilis* viri in Anzinhanda poſitam, & pro ea recepi *ſervilem huobam* in Schaphtloch ſitam poteſtative ſemper retinendam, eodemque iure meis poſteris derelinquendam. Hoc concambium in Fulchingen eſt factum Pernardo Advocato preſente, omnique familia S. Quir. conlaudante. H. r. t. iſti tracti ſunt per aures: *Siboto Comes*, *Tagine de Brucca*, *Wernher de Vagena*, *Anno frater eius*, *Reginhart de Lintach*, *Wolfolt de Iſmaningen*, *Dietmar de Gekhingen*, *Eppo de Urſprinch*, *Goteſcalc de Perge*, *Gebolf frater eius*, *Walther de Uliſte*, *Wargiunt de Aragarten*, *Wernheri de Steinchirchen*, *Pernhart de Rutehaim*, *Hartman de Puhenperch*, *Gotefrid*, *Puobo*, *& Wigman frater eius*, *Heinrich de Tulchingen*, & alii multi.

Omnibus in propatulo eſſe cupimus, qualiter nobilis homo nomine Wolfolt, & uxor eius Richilt tradiderunt ad alt. S. Quir. ancillam Pertha dictam cum omni poſterit. ſua eo pacto, quo ſingulis annis V. den. daret ad aram S. Mart. ſi hunc cenſum tribus annis negligeret, quarto anno impleret, ſi autem hoc parvipenderet, ſervilem legem ſubiret. H. r. t. ſ. *Hunpreht*, *Wolfolt*, *Siboto*, *Oudalrich*, *Adalpero*, *Sigiwin*, *Gotafrit*, *Eberhart*.

Sciant

Sciant omnes iuſticiam ſectantes, qualiter quedam ancilla Salmuot dicta ad Iacobeſperc de ſervitute liberata a quodam ingenuo viro Augo vocato ad aram S. Quir. eſt delegata eo tenore, quo ſingulis annis traderet illuc V. den. ſi hoc dare &c. H. r. t. ſ. *Siboto Prepoſitus*, *Otto*, *Wolfolt*, *Sigimar*, *Adalpero*, & alii quam plures.

Num. VII. Sub Abbate Udalſcalco. 1091. - 1102.

Animadvertant omnes Chriſti fideles concambium, quod fecit *Abbas* Oudalſcalc cum matriculari Advocato ſuo Pernhardo, *quod fa*ctum eſt fratrum permiſſione ac familie probacione. Tra*didit* quidem Abbas unam huobam in vico Tulichinga ſitam prefa*to* Advocato, quam quondam ingenuus homo pro remedio anime ſue ſuorumque parentum dedit ad aram S. Quir. Mart. in uſum *fra*trum Chriſto famulancium. Econtra Advocatus Pernhardus de*leg*avit aliam huobam in villa Sugiloch nuncupatam cum omnibus appendiciis, que ullo modo dici vel ſcribi vel nominari poſſunt *abs*que ulla hominum contradictione. Huius concambitionis teſtes per aurem tracti ſunt: *Richeri & frater eius Udalſcalc de Tanno.*

Omnibus beatitudinem iuſticie ſectantibus notum eſſe volumus, qualiter quedam matrona Richiza dicta viduata viro ſuo nomine Wolframmo pro ſepultura ſua & remed. anime ſue ſuorumque parentum tradidit unius Huobe medietatem in vico qui dicitur Atinheim ad alt. S. Quir. in uſum fratrum perpetualiter Deo militancium. H. t. t. ſ. *Adalpreht & eius frater Oudalrich*, *Sigiloch*, *Wolvolt*, *Siboto*, *Heinrich.*

Omnis ordo baptizatorum tam preſ. quam futurorum aure cordis percipiat, & intimare poſteris non diffidat, quod quedam nobilis femina *Himzila* dicta *de Salach* pro divino amore, & S. Quir. Mart. ſublevacione ſeſe delegavit in manum Pernhardi Ad-

voc. delegari cum V. denar. cum fructu ſui ventris ad altare predicti Martyris. Qui fideliter complens eiusdem deſiderium eandem delegacionem cenſualiter pro V. den. tali tenore, ut ipſa omnisque eius propago nullo modo poſſit divelli a cenſu ſupradicte delegacionis. H. r. t. ſ. *Siboto Comes*, *Wolvolt*, *Heinrich*, *Oudalrich*, *Adalpreht*, *Waltman*, *Pilgrim*, *Pernhart*, *Chuonrat*.

Univerſalitati Chriſticolarum cupimus eſſe in propatulo, quendam ingenuum virum *Eborhardum* nominatum *de Cheimzingankuſa* tale predium, quale ſitum eſt in villa Vacheim cum areis, pratis &c. per manum Udalſcalci Abb. & eius ſervitoris Adalperonis ad alt. S. Quir. tradidiſſe, & hoc pro monaſtica annona fratri ſuo uterino Hartliebo comparavit, quem ad Monachum faciendum illuc delegavit. Ad hanc traditionem hi teſtes adducti ſunt: *Oudalriok de Riherispuren*, *Wolfolt*, *Siboto*, *Heinrich*, *Sigimar*, *Eberhart*.

Notum ſit cunctis Chriſti ſervitoribus quod quedam matrona nomine Willipirch unam huobam poſitam ad villam Prunnun iuxta Wirmin tribuit ad alt. S. Quir. pro remedio anime ſue, interfecti ſuique mariti Oudalrici, ſeu parentum ſuorum, ſive eciam pro requie omnium fidelium defunctorum. H. tr. teſtes hic adnotantur. *Eppo de Hunivanch*, *Rikkeri Senior de Tanna*, *Hartuwich de Zeizheringen*, *Pertolt de Uſilindorf*, *Lantfrit de Steinchirchen*, *Wicman de Eigingen*, *Richger*, *Sigiboto*, *Engilmar de Milingen*, *Wezil de Sebeim*, *Reginpreht de Giſilingen*.

Noticie clareſcat univerſorum fidelium preſencium quam futurorum, qualiter homo nobilis Ougo dictus a pie memorie Walſcalcho predium quoddam ad Wenginpach ſitum, quod aptum eſt ad poſſidendum, & unam huobam inibi iacentem in beneficium preſtari ſibi petiit, & illud impetravit. Econtra ille aliam huo-

ſuobam ad Silagaſtein ſitam ad alt. S. Quir. Mart. tradidit in uſum fratrum Tegrinſe commanencium absque ulla contrad. omnium in Chriſto viventium. Tale ergo pactum eo tenore eſt ſtabilitum, ut quando predictus cl'ens preſentem vitam finiret, fundum ipſum cum manſo quod habuit in beneficium ad aram ſuprad. Mart. iterum rediret. H. r. t. ſ. per aurem tracti, *Welvolt*, *Willihalm*, *Pernhart*, *Siboto*, *Sigimar*.

Omnes in Chriſto degentes preſ. & futuri haud ignorent, qualiter quedam S. Quir. ancilla Rihkart dicta cum conſenſu mariti ſui Heinrici & filii ſui Pertholdi pro VII. marchis argenti tradidit proprium ſuum molendinum iuxta fluvium Glana ſitum in manum Pernhardi Advoc. & in cuiusdam ſervi predicti Mart. Rihheri nominati, ea pactione, ut quocunque duo Monachi Eberhart & Pernhart vocati peterent, ipſe illud illuc delegaret. H. r. t. ſ. *Siboto Preſes*, *Anno de Vagena*, *Albero de Sindalasdorf*, *Werinheri Swevus*, *Gozzolt de Steinpach*, *Otto & Oudalrich ſervitores pretitulati preſidiis Sibotonis*. Poſtea vero prelibatus Rihher non immemor quod ſibi iniunctum fuerat, implere cupiebat; petitione preſcriptorum fratrum Molendinum una cum inveſtitura nullius hominis contradicente perſona ad altare atlete Chriſti Quiryni delegavit in manum Oudalſcalchi Abb. ea delegacione, ut ſingulis annis in ſollempnitate ſancti Petri Apoſt. que eſt in Kalendis Auguſti fratribus reficientibus karitas ſicut mos eſt hic in precipuis feſtivitatibus adhibeatur, & XII. elemoſinarii cum duodenis panibus reficiantur. H. tr. teſtes per aurem ſunt tracti: *Welfolt Prepoſitus*, *inde Oudalſcalch*, *Lampolt*, *Eberhart*, *Ratpoto*, & alii quam plures.

Cuncti Chriſtiani agnoſcant, qualiter quidam miles nomine *Hohólt de Steinhart* tradidit ad alt. S. Quiryni ancillam Gnannawib dictam cum omni poſteritate ſua eo pacto, quod ſingulis annis V. dena-

denarios donaret ſuper aram predicti Mart. ſi hunc cenſum tribus annis negligeret, quarto anno ſervilem legem ſubiret. H. r. t. ſ. *Siboto preſes*, *Otto*, *Wolvolt*, *Siboto*, *Heinrich*, *Adalpero*, *Wernher*.

In propatulo omnibus Chriſtianis notum eſſe cupimus, quod quidam *Meginhart* dictus *de Channasheim* dedit ad alt. S. Quir. ancillam Ouzi dictam, quo ſingulis annis V. denarios ad aram predicti Mart. delegaret, ſi hunc cenſum non daret, quarto anno ſervilem legem ſubiret. H. r. t. ſ. *Sibot*, *Eberhart*, *Adalpero*, *Heinrich*, *Hartwico*, *Wolvolt*.

Cunctis Chriſtianis in vinea Chriſti congregatis notum eſſe cupimus, qualiter quidam ingenuus vir *Eperhart* vocatus *de vico Tanna* dicto, cum conſenſu coniugis ſue *Ava* vocata tradidit ſuum predium, quale ſitum eſt in villa Frumpach nuncupato Oudalſcalco Abbati pro 18. talentis, auxiliantibus ad hec quibusdam fratribus Pernhart & Eberhart nominatis, per manum cuiusdam S. Quiryni ſervitoris Pernhart dicti cum omnibus appendiciis que dici vel ſcribi poſſunt, agris, pratis, paſcuis, viis & inviis, queſitis & inquirendis, exitibus, & reditibus absque ulla omnium hominum contrad. eo pacto, ut ille ipſum fundum delegaret, quocunque Abbas iuberet. H. cœmptionis t. ſ. *Regil de Lera*, *Purchart de Lera*, *Ansfrid de Holzza*, *Reginmar de Ibach*, *Riheri de Frumpach*, *Reginolt de Witaramesdorf*, *Etich de Buocha*, *Gerunch de Priſingan*, *Dietrich de Vilzheim*, *Wolvolt de Wacheringe*, *Pernhart de Waringowa*, *Oudalſcalch de Funſingen*, *Meginhart de Frumpach*, *Engilbreht de Moſapurch*, *Lantpolt de Frumbach*. Poſthec autem pretitulatus Pernhart prenominatum patrimonium cum omnibus ſupra ſcriptis cauſis ſuper alt. S. Quir. cum inveſtitura in manum Oudalſcalchi Abb. & eius advocati Pernhardi delegavit ea pactione, ut ſiquis quod abſit diabolica inſtinctione illud predium ab eodem altari tollere preſume-

ſumeret, proximus heres Wolfoldi Prepoſiti unum aureum ſuper aram poneret, illudque in ius proprium ſibi vendicaret. H. r. t. ſ. *Wolvolt de Puran*, *Dietpolt de Pera*, *Richker*, *Sigimar*, *Siboto*, *Hartwich*, *Sigimar*, *Heinrich*, *Megingoz*. Poſtea autem Abbas ob celeſtis curie bravium de ipſo allode inſtituit, ut ſingulis annis ſex, cibus ſeptenis fratribus reficientibus ſicut hic mos eſt karitas adhibeatur, quando feſtivitas SS. Apoſt. Mathie, Philippi & Iacobi, Bartholomei, Iacobi, Mathei, Symonis & Iude, Thome ab omnibus Chriſtianis celebratur: ſi enim hoc alimentum alicuius hominis malicia vel tenacia ſubtrahitur, ipſius anima gehenalibus penis iudicantibus ipſis Apoſtolis absque dubio deputabitur.

Cunctis fidelibus Chriſti notum eſſe cupimus, quod quidam nobilis vir nomine *Pernhart de Saſſincheim*, qui & advocatus fuit Eccleſie S. Quir. tale predium, quale in villa Tangrebrin habuit, cum omnibus utenſilibus ad hoc pertinentibus, queſit. vel inquir. in uſum fratrum tradidit ad alt. pred. Mart. pro animabus omnium parentum ſuorum, & fratruelis ſui Eberhardi occiſi. Huius quoque predii tradicionem affirmavit tali tenore, ut ſi cuiquam in beneficium concedatur ab Abbate, ipſius heres proximus *aureum nummum* ſuper altare ponat, & illud poſtea in hereditatem poſſideat. H. r. t. ſ. *Pertholt de Andehſe*, *Liupolt de Dieze*, *Heinrich de Gnosheim*, *Chuono de Tegrinwanch*, *Siboto Preſes*, *Altman de Rumerperge*, *Gebolf de Pihartingen*, & alii multi.

Omnium Chriſtianorum generalitas non ignoret, qualiter venerandus Clericus Egilolf nominatus in ſancte Theotochos Eccleſia in Auguſtenſa civitate degens tradidit ad alt. S. Quir. quoddam mancipium Hartwich dictum tali condit. ut ſingulis annis quinque denarios ad aram predicti martiris donaret, ſi hunc cenſum tribus annis negligat, quarto anno ſervilem legem habeat. Teſtes. *Udalrich*, *Siboto*, *Wolvolt*, *&c.*

In nomine Domini noſtri notum ſit omnibus viventibus, quod quidam Ruothardus condicione liber cum quadam ancilla ſua nominata Mathilt, ſicut ſepe evenit, dormiens filiam ex ea generavit; poſtea amore ductus earum matrem quidem liberam prorſus fecit, filiam vero cum qua ſervorum quidam S. Quirini quidam de Tegrinſe eorum *qui Parmanni dicuntur* habuerat rem, ne ipſum deſerere poſſet ſociam fecit, eo tenore, ut ipſa cum omni poſteritate ſua iure cenſualium quinque denarios dando ſuper predicti Martyris altare libertatem ſuam redimerent, & nullus eam vel poſteritatem de alio ſervitio impeteret. H. r. t. ſ. *Guginhart frater prenominati Ruothardi*, *Dietrich*, *Rantwich*, *Burchart*, *Raminolt*, *Aribo*, *Sintpreht*, *Gerolt*, *Oudalrich*, & plures alii. facta ſunt hec anno Dominice Incarnationis milleſimo nonageſimo VIII. tempore Bernhardi advocati.

Noſſe deſideramus omnes Chriſtianos, quod quedam matrona nomine Willa de Glana poſt obitum ſuum tradidit ad altare ſancti Quirini ancillam ſuam Perhta dictam cum omni poſteritate ſua per manum advocati Perahardi, & in preſentia Oudalſcalci Abbatis pro remedio anime ſue ſuorumque parentum. H. r. t. ſ. *Siboto*, *Ougo*, *Pubo*, *Wolftrigil*, *Gotebolt*, *Chuono*, *Gamonolf*, *Dietpolt*, *Wolfolt*, *Heinrich Richker*, *Werinheri*.

Noverint omnes fideles qualiter *Chuonradus* Clericus de Iaubeſperc *germanus Perhtoldi Comitis de Andehſe* Senioris tradidit manſum in eodem loco Iuubeſperc unam mellis urnam & poculum unum pro ſupplemento dato in ſervitium fratribus S. Quir. deſervientibus apud Tegrinſe cum mancipiis ſui iuris ipſum manſum incolentibus, Salmuot ſcilicet feminam agnomine Wibin cum omni poſteritate ſua filiabus videlicet, Sigila & Liutkart. H. r. t. ſ. *Richker de Tanna & filii eius Oudalſcalc*, *Gebhart*, *Nor-*

precht

precht de miniſterialibus, *Wolfolt*, *Sibot*, *Wernher de Wacheringen*, *Richker & Pernhart fratres de Skaftlock*, *Gundebrecht de Portenhuſen*.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam ingenuus homo nomine Wolfolt de Haçhingen tradidit unam ancillam nomine Hilmptrud ad altare S. Quir. ſub Oudalſcalco Abbate & Pernardo Advocato cum omni poſteritate ſua pro V. denariis annuatim illuc ſolvendis, & ſi hunc cenſum tribus annis negligat quarto impleat. H. r. t. ſ. *Piligrim*, *Wolfolt*, *Pernhart*, *Siboto*, *Heinrich*, *Gundelpreht*, *Nortpreht &c*.

Inſinuamus preſentibus atque futuris ſancte Matris Eccleſie filiis, fide & baptiſmate Deo Patri coniunctis, quod quedam femina giſila dicta de Buobingen *nobilis utriſque parentibus* cum filiabus ſuis Giſila & Mathilda zelo Dei ducte colla ſua *Pernhardo de Saſſincheim* ſubdiderunt, deſiderantes delegari ſe pro V. denariis ſolvendis ad alt. B. Quiryni Mart. Predictus vero Pernhardus eiusdem loci advocatus prout deſideraverant easdem delegavit ad idem altare in manum Oudalſcalchi Abb. tali conditione ut omnis eorum poſteritas eundem cenſum indiſſolubiliter perſolvat ſingulis annis. H. r. t. ſ. *Wolfolt*, *Siboto*, *Heinrich*, *Pernhart*, *Sigimar de Wacheringen*, *Richker de Schaftlock*, *Hartman*, *Gerolt de Puoſencheim*.

Agnoſcant omnes in Chriſto credentes ſub preſenti tempore, atque in futuro viventes, quia homo quidam nobilis nomine *Oudalſcalch de Prucca*, & eius uxor Helena vocata, atque fratruelis eius Adalpero dictus propriam ancillam Riza dictam cum 6. filiis ſuis Adalperto, Sigihardo, Engilperto, Ruotperto, Richolſo, Pertha, & cum omni poſterit. eorum delegaverint ad alt. S. Quir. Mart. pro V. denariis annualiter illuc reddendis. Et ſi hunc cenſum tribus annis dare negligant quarto anno pleniter perſolvant, & ſi hoc non perficiant, ſervilem legem ſubeant. H. r. t. ſ.

Siboto Preſes, *Gebolf de Pihartingen*, *Paldmar de Tatingen*, *Starchant de Attinheim*, *Pilgrim de Uſhoven*, *& eius fil. Meginhalm*, *Wolfolt de Wacheringen*, *& eius fr. Sigimar*, *Hartman de Puoſincheim*, *Megingoz de Sela.*

Cunctis Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus, quod quedam mulier ex familia S. Quir. nomine Williberch de villa Gerwenteleshus propriam ancillam Richart nominatam delegavit in manum ſervitoris nomine Starchant, prefati Martyris, quatinus ipſe eam cum omni poſterit. ſua ad alt. S. Quir. delegaret pro V. den. annuatim illuc tradendis, quod & ipſe perfecit, & huius rei teſtes adducti ſunt, *Siboto Preſes*, *Gebolf de Pihartingen*, *& eius fidelis Megingoz*, *Eberhart de Puziprunnan*, *& eius fidelis Meginwart*, *Gebolf & eius frater Oudalrich de Vagana*, *Chuono de Herrantiſperch*, *Waltman de Geilingen*, *Heinrich de Egelingen*, *Sigimar de Wacheringen*, *Horant de Puoſenckeim*, *Tagino de Zorngeltingan.*

Num. VIII. Sub Abbate Aribone. An. 1102-1134.

Noticie clareſcat fidelium tam preſentium quam futur. qualiter *Siboto de Griezinbach* delegavit ancillas ſuas Halicam cum filia ſua Liutkarda in manum Gerungi cum Heinrico fratre earum ad delegandum ad alt. S. Quir. Mart. pro V. denar. illuc annuatim perſolvendis. Idem vero Gerungus delegavit preſcripta mancipia fideliter ad alt. pred. Mart. in manum domni Arbonis Abb. & advocati preſidis *Ottonis* tali tenore, ut ſi tribus annis negligant, quarto redimant, & ſi non, ſervilem legem ſubeant. H. r. t. ſ. *Oudalſcalch*, *Richeri*, *Nortpreht de Hohenpurch*, *Otto de Iringeſpurch*, *Eberhart de Herenhuſen*, *Wernher*, *Heinrich*, *Siboto fratres de Wacheringen*, *Wolfolt*, *Sigimar*, *& filius eius Wernher & Sigimar*, *Hartman*, *Hainrich de Puoſencheim*, *Wolftrigel de Gemunden*, *Oudalrich*, *Pilgrim de Uſhoven*, *Gundelpreht de Porterhuſen*, *Wezelo & filii eius Oudalrich & Hartman*, *Engildio de Steinprucke.*

Omni-

Omnibus in propatulo eſſe cupimus, qualiter Richilt de Riede favente viro ſuo Wolfoldo & Luitpoldo, cuius poſſeſſioni inſederat annuentibus liberis delegavit ancillam ſuam nomine Pertham cum omni poſt. ſua ad aram S. Quir. Mart. pro V. den. illuc perſolvendis. H. r. t. ſ. *Hunpreht*, *Wolfolt*, *Siboto*, *Oudalrich*, *Albero*, *Liutpolt*, *Richker*, *Gotefrit*, *Eberhart*, *Megingoz*.

Agnoſcant fideles cuncti preſentes & futuri, qualiter nobilis vir *Pernhardus de Saſſincheim* advocatus S. Quir. inveſtituram & proprietatem vinee & unius villicationis ad Chienes ſite pro remedio anime ſue & fratruelis ſui Eberhardi absque omni contradict. ad alt. Mart. predicti donavit, ut fratribus inibi ſervicio Dei inſiſtentibus perpetualiter deſerviret. Hanc tradicionem ita ſtabilivit, ut ſi cuiquam in beneficium concedatur, ipſius proximus heres aureum nummum ſuper altare imponat, & in proprietatem ipſum fundum poſſideat. H. r. t. ſ. *Oudalſcalch de Hohinperch*, *& eius frater Richer*, *Richeri de Pierprunna*, *Dietmar de Ahaloch*, *Poto de Feraha*, *Ruotpreht de Scartazhoven*, *Noppo de Holzheim*, *Wolftregil de Perga*, *Oudalrich Sappo*, *Adalpero Gallo*, *Wolfolt Falchner*, *Wicman de Eiginga*, *Lantfrit*, *Udalpreht*, *Wolfolt*, *Waltman*, *Richeri*.

Fidelium Chriſti pluralitas preſens & futura non ignoret, qualiter advocatus S. Quiryni *Pernhardus de Saſſincheim* poteſtativa manu pro remedio ſui parentumque ſuorum duas vineas proprias ad alt. pred. Mart. in Bozanenſi villa donavit, quas vinitores coluerunt Aribo & Vitalis. Hanc tradicionem firmavit, ut ſi cuiquam in beneficium tribuatur, proximus heres aureum denarium ſuper altare ponat, & ipſas vineas deinceps in proprietatem habeat. H. r. t. ſ. *ſupraſcripti de Lohhuſan*.

Noticie clareſcat fidelium, quod quidam homo *Wolftregel de Perge* delegavit ancillam ſuam nomine Diemuot cum filiabus ſuis

& fructu ventris ſuarum ad alt. S. Quir. pro V. denar. annuatim perſolvendis. Nomina autem ſunt filiorum & filiarum, Siboto, Merboto, Pertha, Engela. H. r. t. ſ. *Oudalſcalch de Hohenburch, & frater eius Richer, Dietmar de Akeloch, Wolfolt, Wichman, Siboto, Heinrich, Sigimar, Pernhart.*

Innoteſcimus cunctis Chriſtianis, qualiter ingenuus homo Iſangrin dictus delegavit ſuam ancillam Wolaſun nominatam in manum cuiusdam militis *Pernhart* vocati *de Prunnan*, ut ille eam traderet ad alt. S. Quir. cum omni poſterit. ſua poſtquam nubant, V. denar. illuc reddendos. Si hunc cenſum &c. H. r. t. per aurem tracti ſunt, *Epermunt de Perthramashoven, Ruotker, Waltman, Otzi, Oudalrick, Reginolt*, & alii.

Huius pagine deſcriptio omni denunciet evo, quendam S. Quir. ſervitorem nomine Wernherum de Wacheringin tale predium quale habuit in villa Willingin cum omnibus appendiciis ad hoc pertinentibus ad alt. predicti Martiris in uſum Deo inibi ſerviencium tradidiſſe, ea ſcilicet ratione; ut ſi, quod abſit, Abbas alicui hoc in beneficium dare preſumat, proximus heres ipſius Wernheri aureum nummum ſuper altare ponat, & in proprietatem predium omni contradictione remota poſſideat. Hanc traditionem etiam eo pacto ſtabilivit, ut poſt obitum eius in anniverſario depoſicionis XXXVI. panes cum totidem pulmentis pauperibus tribuantur, & huius rei teſtes ſubnotantur: *Adalpreht de Slitteres, Eberhart de Puxiprunnen, Eberhart de Ehemuotingen, Diepolt de Chirchdorf, Otto de Oſterendorf, Sigimar de Wachering & eius filius Sigimar, Pernhart de Ahalitan, & eius filius Ruodiger, Engilſchalch de Erigrimhesheim, Megingoz, Pernhart & eius filii Altmann & Waltman de Riutaheim.* Hoc notum eciam cunctis volumus, quod cum ſupradictis teſtibus idem Wernherus V. mancipia ad

ipſum

ipſum altare donavit, Reginwardum & eius Sororem Azalam cum IIII. filiabus Heripurg, Mergart, Hiltigunt, & Chunigunt dictis, & cum duobus filii nominatis Werinheri & Gerolt, & hoc fecit eo pacto, ut ipſi cum omni poſteritate ſingulis annis V. denar. ad ipſum alt. offerant, & ſi tribus annis hunc cenſum negligant, ſervilem legem poſtea ſubeant. Hec tradicio facta eſt in manus *Sigipotonis Advocati, & Aribonis Abbatis.*

Utriusque hominis diſcretio aure cordis percipiat, quod teſtes proclament, & pronunciet talis ſubſcriptio. Igitur *Ekkehart nobilis homo de Albrateſperge* pro remedio anime ſue ſuorumque parentum delegavit ad alt. S. Quir. in manus Aribonis Abb. & Sigib. Advoc. ancillam ſuam Liutkardam cum omni poſteritate ſua pro V. denar. illuc perſolvendis, taliter ſi tribus annis neglexerint, condicione ſervili poſtea comprimantur. H. r. t. ſ. *Sigimar, Wolfolt fratres, Willihalm, Iamolt, Dietrich.*

Notum ſit cunctis Chriſti fidel. quod quidam ingenuus homo *Erchanpreht de Hetinpach* delegavit ſuam uxorem nomine Gottam cum filia ſua Enza, & cum aliis filiis & filiabus, atque cum omni poſteritate eorum ad alt. S. Quir. ea condicione, ut ſingulis annis ad alt. eiusdem Mart. V. denar. reddant, & ſi hoc uno anno aut duobus negligant, in tercio anno impleant. Illa delegacio facta eſt ſub domno Aribone Abb. & Advoc. *Sigibotone.* Teſtes vero hi ſunt: *Richeri, Engildio, Gundalpreht, Eberhart, Wolfolt, Richker, Hartman, Piligrim, Gebolf, Sigimar, Wernher, Gerwich, Waltman.*

Notum ſit cunctis Chriſti fidel. tam futuris quam preſentibus quod quedam nobilis femina *Gottapurch de Wenga*, antequam nuberet, ſe delegavit ad alt. S. Quir. ſub Arbone Abb. & Sigib. Advocato pro V. denar. annuatim illuc ſolvendis, & ſi hunc cen-

ſum

ſum pre paupertate & neceſſitate impediente V. annos neglexerit, in ſexto anno pleniter obſervat. H. r. t. ſ. *Eberhart de Ufchirchan*, *Gotapolt de Lochuſan*, *&* *eius fratres Gozkolt & Adalpreht*, *&* *eius cognoti Oudalrich*, *Wernher*, *Pernger*, *Arnots*, *&c.*

Noticie clareſcat omnium fidel. tam futur. quam preſ. qualiter venerab. Abbas Aribo dictus a quadam nobili muliere Willipurch vocata de vico Tanna orta predium ad Frumpach ſitum tribus talentis in uſum fratrum Deo & S. Quiryno ſerviencium absque omnium hominum contradictione redemit, quod ipſa in proprietatem poſſidere voluit, eo quod a ſuis anteceſſoribus ad alt. S. Quir. preconlaudato precio ſcil. 18. talentis emptum fuit. H. r. t. ſ. per aurem tracti: *Gantpolt*, *Burchart de Leran*, *Arnolt & eius frater Hoholt de Frumpach*, *Eppo de Huniwanch*, *Ansfrid & eius frater Werinher de Holza*, *Hartuwich de Marchpach*, *Chadalhoh de Feirercheszagala*, *Adalpero de Slibingan*, *Eberkart de Faeresdorf*, *Oudaſchalch & Engilhart de eodem*, *Friderich de Stunzelbach*, *Magonus de Frumpach*, *Eberloch de Tena*, *Gotabolt*, *Meginhart*, *Adalpero*, *Hartuwich*.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelib. tam futuris quam preſent. quod quidam vir Guntpolt de Ieſpach delegavit unum mancipium nomine Willihalm ad alt. S. Quir. ſub Arbone & *Sigibotone Advocato* pro V. denar. annuatim illue ſolvendis. Et ſi hunc cenſum duobus aut tribus annis neglexerit, quarto impleat, & ſi quarto anno non emendaverit, ſervilem legem ſubeat. H. r. t. ſ. *Tagino de Prucha*, *Geoſh*, *Wolfolt*, *Piligrim*, *Ricker*, *Sigimar*, *Wernher*, & alii.

Notum ſit ſancte Eccleſie fidelibus, quomodo Dominus Adalpero habuit poſſeſſiones de monaſterio S. Quirini tunc preſtitit nobili viro cuidam nomine Maganus ex illis unam ancillam

voci-

vocitatam Engelraht, & *ea more ſolito concubine uſus eſt*, *ex ea genuit filiam* Rilint nominatam. Tunc Maganus cum Adalperone domno ſuo in Poemiam profectus eſt in exercitum: noviſſimo autem die obitus ſui coram frequencia populi, & Advocato eiusdem Eccleſie preſenti tradidit duas ancillas proprias ad alt. S. Quir. & retraditur ſibi una, que & filia ſua fuit. Confeſtim eam liberam fecit, ut iret ac eſſet quocunque liberet, niſi quisquis filius aut filia in ea cognacione provectionis etatis eſſet, annuatim unum denarium ad ipſum altare tuliſſet; ſi quis hanc affirmacionem frangere *aut* impedire velit, in die iudicii ante conſpectum Domini *verba* reddat. H. ſ. t. *Adalpero*, *Pattho*, *Noppo*, *Tagino*, *Waltman*, *Kerolt*, *Sigimar*. Cum iſtis teſtibus dedit ipſe mulieri predii ſui dimidium, quale habuit apud Purentain cum ſervis & ancillis, adhererunt & uxor eius & filii eorum, Eppo, & filii ſui.

Noticie omnium Chriſtianorum manifeſtum ſit, qualiter homo *Amalrich* dictus *de Gourichingen* propriam ancillam ſuam Liutzam cum omni poſterit. ſua delegavit ad alt. S. Quir. Chriſti Mart. annualiter pro V. denar illuc reddendis, ſi hunc cenſum tribus annis neglexerit quarto ſuppleant, aut ſervilem legem ſubeant. Hec deleg. facta eſt tempore Aribonis Abb. H. r. t. ſ. *Sigimar*, *Richker*, *Wolfolt*, *Oudalrich*, *Wernher*, *Gerolt*, & alii quam plures.

Manifeſtum, & notum eſſe deſideramus cuncte Chriſtianitati, viventibus eorumque poſteritati, quod venerabilis Tegrinſenſis Abbas Aribo XX. talentis emit a quodam nobili viro *Chadolt* dicto *de Winzare* tale predium, quale habuit in loco Gamiholtiſperch dicto, cum areis, agris cultis & incultis, paſcuis, pratis, ſilvis, queſitis & inquirendis, & cum omnibus utilitatibus ad ipſum locum pertinentibus, que ullo modo ſcribi vel dici poſſunt. Hac emptione facta delegavit idem Chadolt poteſtativa ma-

nu eum conſenſu uxoris ſue, & cum manu matris ſue, nec non filiorum ſuorum ſine contradictione omnium ipſum predium cum omnibus preſcriptis utilitatibus in manum cuiusdam ingenui viri *Arnolt* dicti *de Phrumpach* eo ſcil. pacto, ut ille delegaret ipſum predium Tegrinſe ad alt. S. Quir. Mart. quod idem complevit, tradens illud ad perdictum alt. in manum jam dicti Abbatis & Sigimari iunioris eiusdem loci ſervitoris. Et huius tradicionis teſtes per aurem ſunt tracti: *Hokolt de Prumpach*, *Burchart de Lern*, *Otto de Helidingun*, *Meginhart de Stunze*, *Burchart de Scaftloch*, *Heinrich*, *Sigimar*, *Altman*, *Waltman de Walchiringen*, *Heinrich de Egeſingen*, *Waltman de Uſhoveren*, *Gerwich de Gemunden*, *Altman de Dornidorf*, *Eberhart de Steinprucca*, *Gotehalm de Porterhus*, *Hartwich de Prumpach*, *Waltman de Egridun*. Eodem die cum eiusdem prenotariis teſtibus quidam ingenuus homo Otto nomine delegatur ad ipſum alt. S. Quir. Mart. vineam in loco Campilla dicto ſitam, quam nobilis vir *Adalpreht* nominatus *de Suteres* in manum eius illuc delegandum tradiderat.

Intimare cupimus cunctis Chriſti fidelibus iuſtitiam & veritatem diligentibus, quod quidam ſervitor S. Quirini Mart. Richker dictus de Scaftloch cum manu coniugis ſue atque filiorum ſuorum delegavit predium quale habuit in loco Zengunekke dicto in uſum fratrum inibi commanencium tali pacto, ut nec Abbas, nec quisquam alius alicui unquam preſtaret in beneficium. Et huius rei teſtes ſunt: *Gerwich de Gemunden*, *Egilolf de Imaningen*, *Heinrich de Puoſentheim*, *Horant de Porterhus*, *Dietheri de Otolfingen*, *Irmiger de Scaftloch*, & alii quam plures.

Sciant omnes fideles Chriſti quod ego Giſo dedi predium meum ad Frouweratesſpach ad alt. S. Quir. eo videl. tenore, ut mancipia mea illic habitancia cum omni poſteritate ſua perpetim in ſingu-

ſingulis annis illuc perſolvant cenſum V. denar. Illi ſunt teſtes: *Patto*, *Penno*, *Engildio*, *Adalfrit*, *Reginolt*, *Othalm.*

Manifeſtum & indiſſolubile filiis matris Eccleſie teſtimonium ſcriptis & teſtibus ſignificamus, confirmatum & coadunatum tempore Aribonis Abb. & Advoc. Ottonis. Igitur quedam cenſualis S. Quir. Richilt dicta in villa Vunſingen genita, & nutrita vi compulſa, ſed poſtea legitime *Reginpotoni de Ezzingen* coniuncta filiam procreavit, cui nomen Richilt impoſuit, quam quidam predicti Martiris ſervus Adalum in coniugium ſibi copulavit. His cenſualibus ſecure vitam ducentibus, eoquodſ prenominatus Reginpoto, qui fuerat in beneficio *Woltregili de Pueren*, hanc ſibi ſociaverat, miniſterialis Palatini Ottonis Oudalpreht ad ſerviendum ſibi compellebat: quo comperto Advocatus aſcitis concivibus eiusdem familie Vunſingen colentibus rem inveſtigavit diligenter, ac Egilelfo, Sigiboldo, Liutpoldo, Richerio, Heinrico, Adalrammo, Pertholdo iureiurando veritatem obteſtantibus, Oudelbertum de inlata iniuria acriter redarguit, & in conſpectu miniſterialium & tocius Eccleſie populi ad reddendum cenſum ſancto absque ulla vexacione vendicavit.

Notum ſit fidelibus cunctis preſentibus & futuris, quod quidam ingenuus homo *de Haginingan Egilolf* dictus delegavit in manum nobilis viri ſcil. ſororis ſue filii Marcuwart nominati tale predium quale habuit in villa Otingan tradendum ad alt. S. Quir. in uſum fratrum inibi Deo ſerviencium, quod & ipſe complevit, delegans illud ad alt. predicti Mart. in manum Aribonis Abb. & ſervitoris eiusdem loci Getwich cum area, agris, pratis, paſcuis &c. cum omnibus appendiciis ad huiusmodi predium pertinentibus. H. r. t. ſ. per aurem tracti *Adalpero de Morlenpach*, *Dietpolt de Perga*, *Hartmann de Ezinhuſen*, *Gotahalm de Chemes*, *Wezil de*

 Heri-

Heriperc, *Oudalrich*, & *Gundalpreht de Portenhus*, *Engildio de Steinprucca*, *Richer de Oſtenmina*, *Diether de Otolſingan*.

Notum ſit cunctis fidel. tam futuris quam preſentib. quod *quidam ſervus* S. Quir. Herilant nomine delegavit *proprium ſervum* Liutpoldum ad alt. ſupra dicti Mart. ea condit. ut ſingulis annis V. denar. illuc perſolvat. H. r. t. ſ. *Horant*, *Engilhart*, *Ekkihart*, & alii quam plures.

Omnibus in Chriſto viventibus tam futuris quam preſ. inoteſcimus, qualiter quedam *nobilis femina* de Prunnen nomine Gnanna tradidit ſe in manus cuiusdam *Hainrici miniſterialis* S. Quirini habitatoris ipſius ville ea condicione, ut eam cum filia Chuonzen, & omni poſteritate ſua traderet ad aram ſepedicti Mart. pro V. denar. ſing. annis illuc perſolvendis. Idem vero Hainricus hanc peticionem complevit, & eam cum omni poſteritate, ſua ad idem altare tradidit per manus Arbonis Abb. & Advoc. Sigibotonis ea condit. ut ſingulis tribus annis &c. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Wacheringen*, *Sigimar* & *filius eius Sigimar*, *Richer de Scaftloch*, *Pilgrim de Uſhoveren*, *Gerwich* & *Wolfregil de Gemunden*, *Richer* & *Gundilpreht de Porterhus*, & alii.

Gratia ſalvatoris noſtri rutilante in cordibus fidelium, & in ſinu matris eccleſie in poſterum eſt inſinuandum, quod quedam ingenua femina Giſila de Farsdorf delegavit propriam ancillam Pertham cum unica filia ſua Willibirga de predicto loco Parsdorf pro V. denar. cenſualiter ad aram S. Quirini ann. exſolv. H. r. t. ſ. *Oudalricus* & *Sigimar de Wacheringen*, *Wernhart*, & *Oudalricus de Uſhovern*, *Liebhart de Egelingen*, *Albreht de Porterhus*, *Werinher de Swachus*.

Notum ſit univerſitati fidelium, Mathildam de Hochenchirchen, & fratres eius *Adelhardum* & *Oudalricum* cenſuales eſſe

quin-

quinque nummariis S. Quir. pariter cum filiis ſuis Mahtildt, quos notum eſt ab *Oudalrico* milite *de Hohenchirchen* & patre eius *Giſelol-do* pluribus annis in ſervicium per iniuſticiam detentos, nunquam ab ullo Tegrinſenſi Abbate cuiquam mortalium fuiſſe conceſſos: violenciam ſane prenominatorum declinantes fratres eiusdem feminę, loco ſuo exceſſerunt, ſed cenſum ſuum annuatim tamen exſolverunt. Unde noverit omnis Eccleſia per ſcripta preſencia, eos nullius omnino ſervicii obnoxios eſſe alicui, ut quinque nummorum *cenſum* exhibentes beato Quirino de cetero rerum ſuarum utilitati *libere* deſerviant.

Cognoſcat univerſitas Chriſtianorum prenſent. & fut. qualiter quidam nobilis vir *Pabo de Sunderenhus* filiam ſuam Liutkart, *quam ex propria ancilla habuit* cum filiis & cum omni poſteritati ſua deleg. in manum fratris ſui Warmunt, quatenus ille eam delegaret ad alt. S. Quir. Mart. Tegrinſe pro V. denar. illuc ann. ſolv. & ſi illa aut quisquam poſterorum hunc cenſum tribus an. negl. quarto anno ſervil. leg. ſubiret. Quod ille complens tradidit eam predicto pacto ad prenominatum alt. in manum Aribonis Abbat. atque Sigibotonis eiusdem loci advocati. Et h. tr. t. ſ. *Richerius de Reinrieth*, *Goteſcalch de Prantenperch*, *Heinrich de Piberbach*, *Cuono de Herrantisberg*, *Dietpold de Oſterenhoven*, *Hartman de Pruſenchaim*, *Heinrich de Egilingen*, *Richer & Gundalpreht de Porteshus*.

Sequens deſcriptio omni denuntiat evo, quod quidam ſervus S. Quir. Immo nomine predium ſuum, quod poſſedit in loco Volchartesdorf dicto delegavit in manum cuiusdam ingenui viri Diethmari nominati de Waningesdorf, quatenus ipſe hoc traderet Tegrinſe ad alt. S. Quir. tali pacto, ut ipſum predium in beneficium preſtaretur nepoti ſuo Wiziloni eiusque filiis & poſteris ſuis, quatenus annuatim ad uſum fratrum inibi Deo ſervientium

LX. denarios ex eodem predio perſolverent: predictus autem Diethmar delegavit illud in manum cuiusdam nobilis viri de *Pachilingen Hainrich* vocati, quatenus ipſe predicto pacto delegaret ad iam dictum altare, quod ille perſolvens tradidit eadem conditione ad prenominatum altare in manum Aribonis Abbatis preſente Ottone advocato, aſtantibus fratribus. H. r. t. ſ. *Wolfrat, Sigimar & filius eius Sigimar de Wacheringen, Pilgrim, Oudalrich, Chuno de Uſkoven, Richeri, Gundelpreht de Poterhus.*

Univerſis notum ſit fidelibus Deum in veritate diligentibus, qualiter *Poubo de Aingen* cum manu uxoris ſue Irmingart tradidit ancillam ſuam Mahtild dictam cum duobus filiis Arnoldo, & Ita dictis fratri ſuo Eberhardo cuius filia fuit, ipſe autem delegavit eam alii *Eberhardo de Hohenrain* delegandam ad aram S. Quir. pro V. denariis annuatim illuc ſolvendis ſed ille ad extrema perductus, eodem pacto delegavit eam una cum filiis in manum cuiusdam ingenui viri Etich dicti, qui hoc perſolvens, & ſtabiliens delegavit eam ad predictum altare cum filiis & omni poſteritate ſua, ut iam dictum eſt, in manum Aribonis Abbatis. H. r. t. ſ. *Oudalſcalch de Hohenpurch, Gebolt de Schaftloch, Sigimare de Ehemoutingen, Sigimar de Wachering, Richer & Gundelbrecht de Porterhus.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quia miniſterialis S. Quirini Gerwicus plebanus ſacerdos de Gemunden, ancillam ſuam Richildam tradidit ad altare predicti Martyris in manus Aribonis Abb. & Sigibotonis Comitis ea condicione, ut annuatim cenſum V. denariorum illuc perſolvat, quod ſi duobus annis &c. H. r. t. ſ. *Gerwicus & Wolftregel de Gemunden, Frideric, Nortpreckt, Wezil & filius eius Hartman de Herprechteshuſen, Eberhart de Stainprucke, Richer & filius eius Herant de Porterhuſen.*

Cum-

Cunctis cupimus fidelibus manifeſtum eſſe, quod quedam mulier Giſila delegavit ad alt. S. Quir. Mart. duo mancipia, Fridericum ſcil. & Pertham cum omni eorum poſteritate pro V. denar. ann. illuc perſolvendis. H. r. t. ſ. *Hartman & Horant de Puoſencheim, Oudalrich de Afternimne, Altman de Dorngindorf, Richer de Porterhus, Ozzi de Oſtiminne.*

Omnes in Chriſtum credentes iuſticiam & veritatem diligentes cognoſcant & credant vere, que ſequentis ſcripta teſtantur *paginule*. Quidam nobilis vir *de Leres Burchardus* dictus tale *predium*, quale habuit in loco Suabun, cum conſenſu filiorum ſuo*rum* pro remedio anime ſue, & fratris ſui *Regilo* dicti nec non & omnium parentum ſuorum per manus Aribonis Abbat. & Sigibot. advocati cum area, edificiis, agris, pratis, arboribus, nemori*bus* &c. poteſtativa manu delegavit ad alt. S. Quir. in uſum fratrum inibi Deo, & eidem Martiri ſerviencium, tali hoc confirmans pacto, ut ſi alicui in beneficium preſtaretur, aut aliquo modo ab uſu fratrum alienaretur, proximus heres eius aureum nummum ſuper ipſum altare poneret, & illud poſtea in proprietatem poſſideret. H. r. t. ſ. per aurem tracti: *Gebolf de Pikartingen, Tagino, Werinheri, Gebolf de Vagene, Oudalrich de Liubratesdorf, Wernhere de Seheim, Wernher de Pienzenhouwa, Heinrich de Piberpach, Heinrich de Sele, Meginhart de Stumzpach, Otto de Suibere, Dietpolt de Oſtrindorf, Sigifrid de Ollingen, Ruodolf de Haſalangun, Waltman de Uſkoveren, Oudalrich, Richerius, Gotehalm de Porterhus, Engildio de Steinprucke, Hartwich de Phrumpach, Waltman de Eggirdan, Diethalm de Wacheringen.*

Cunctis clareſcat normam iuſticie amplectentibus tam futuris, quam preſent. qualiter Oudalricus Eichſtatenſis Epiſcopus tale predium, quale habuit in loco Utingan dicto cum tribus mancipiis ipſum

ipſum inhabitantibus, delegavit in manum cuiusdam ingenui viri *Hartmuht de Greifesbach*, quatenus ipſe hoc traderet Tegrinſe ad altare S. Quir. pro remedio anime matris ſue inibi defuncte. Quod ipſe perſolvens ipſum fundum cum omnibus utenſilibus ad hoc pertinentibus queſitis & inquirendis coram Abbate Aribone delegavit ad altare predicti Mart. eodem Epiſcopo adſtante, propriaque manu tradicionem ipſam confirmante, eo ſcilicet pacto, ut nunquam alicui in beneficium preſtaretur, nec ullo modo ab uſu fratrum inibi Deo ſerviencium alienaretur. H. r. t. ſ. per aurem tracti: *Sigiboto Preſes*, *Hainrich de Otmarishart*, *Wolvolt & Werinher de Wacheringen*, *Hartman & Horant de Puoſencheim*, *Wolftregil de Gemunden*, *Siboto & Aribo de Prunnan*.

Notum ſit cunctis fidel. quod *Egilolf de Gerwenteshuſen* & uxor eius & filius eius delegaverunt per manum *Oudalrici de Chemphenhuſan* proprium ſervum nomine Dietricum ad alt. S. Quir. pro V. denarior. annualiter illuc ſolvendis. Et ſi hunc cenſum duobus aut tribus annis neglexerit quarto impleat, & ſi quarto non emendaverit, ſervili condicione ſubiaceat. H. r. t. ſ. *Wernher*, *Starchant*, *Tagino*, *Otto*, *Ratpoto*.

Cunctis notum ſit fidelibus tam futuris quam preſent. qualiter *Oudalſcalch de Gunzesheim* proprium ſervum ſuum Heinrich tradidit in manum cuiusdam ingenui viri *Eberhart de Werde* delegandum ad altare S. Quir. pro V. denariis illuc ſolvendis & ſi hunc cenſum &c. quod ille perſolvens delegavit eum eodem pacto ad pred. altare in manum Aribonis Abbat. & Waltmani eiusdem Eccleſie ſervitoris. H. r. t. ſ. *Sigiboto Preſes*, *Wernher de Seheim*, *Waltman de Piburch*, *Wolvolt de Wacheringen*, *Oudalrick de Rohaſingen*, *Dietrich de Werde*, *Horant de Porterhus*.

Uni-

Univerſe Chriſtianitati notificamus, quod *Sigiboto Preſes* predium quod habuit in loco Funſingen dicto cum omnibus uſibus ad illud pertinentibus delegaverit ad alt. S. Quir. Mart. in manum Aribonis Abbat. & Oudalrici eiusdem Eccleſie ſervitoris pro remedio anime Matris ſue illic ſepulte omniumque parentum ſuorum; ad caritatis ſervicium fratribus inibi Deo ſervientibus in anniverſario dicte matris ſue annuatim ex hoc perſolvendum, talique pacto confirmavit, ut ſi quisquam illud a predicto ſervicio ullo modo alienaret, ad Friſingenſem Eccleſiam deinceps pertineret. *H.* r. t. ſ. *Wernher de Seheim*, *Wernher de Vagene*, *Dietpolt de Oſterndorf*, *Gebolf de Scaftloch*, *Heinrich*, *Wolfolt*, *Sibato de Wachering*, *Hartman de Puoſencheim*, *Ortolf de Sneite*, *Otto Paum*, *Friderick de Ufheim*, *Richer & Gundelpreht*, *Herant de Porterhus.*

Univerſis notum ſit fidelibus, Deum in veritate diligentibus, qualiter *Puobo de Eingen* cum manu uxoris ſue *Irmigart* ancillam ſuam Mahtilt nominatam tradidit cum duobus filiis eius Eberhardo fratri ſuo in proprietatem, *cuius & filia erat.* Ipſe autem delegavit eam alii *Eberhardo de Hohenrain* delegandam ad alt. S. Quir. pro V. denarior. annuat. illuc ſolvendis ſed ille ad extrema perductus eodem pacto delegavit eam una cum filiis in manum cuiusdam ingenui viri Etich dicti. Qui hoc perſolvens & ſtabiliens delegavit eam ad predictum altare cum filiis & omni poſteritate ſua, ut iam dictum eſt, in manum Aribonis Abbat. H. r. t. ſ. *Oudalſcalch de Hohenpurch*, *Gebolf de Schaftloch*, *Sigimar de Wacheringen*, *Richer & Gundalpreht de Porterhus.*

Sequens deſcriptio omni denunciat evo, quod quidam ſervus S. Quir. Immo predium ſuum, quod poſſedit in loco Volchratesdorf dicto delegavit in manum cuiusdam ingenui viri *Dietmar de Waningesdorf*, quatenus ipſe hoc traderet Tegrinſe ad altare

S. Quir. tali pacto, ut ipſum predium in beneficium preſtaret nepoti ſuo Wizilino eiusque filiis, quatenus illi annuatim ad uſum fratrum inibi Deo ſerviencium LX. denarios ex eodem predio perſolverent. Predictus autem Dietmarus delegavit illud in manum cuiusdem nobilis viri *de Pachiligan Heinrich* vocati, quatenus ipſe prodicto pacto delegaret ad iam dictum altare, quod ille perſolvens tradidit eadem condicione ad prenominatum in manum Aribonis Abbat. aſtantibus fratribus. Cuius tradit. teſtes ſunt, *Meginhart*, *Amulunc de Smididorf*, *Summan de Cheminatim*, *idem Wizilo de Sunnanphac*, *Gundelpreht de Porterhus*, *Pertholt & frater eius*, *item Eberhart nepos eius*.

Univerſitati clareſcat fidelium, quod quidam Clericus de Hachingen Gerolt nominatus predium, quod emerat a quodam ſervo S. Quir. ſitum in loco Tiſinhoven tradidit in manum Pernhardi iam dicti Mart. ſervi, quatenus ille delegaret Tegrinſe ad alt. ipſius Martiris ad uſum fratrum Deo inibi ſervientium quod ipſe complevit, delegans illud ad iam dictum alt. in manum Aribonis Abbat. & Sigimari eiusdem loci ſervitoris. H. tr. t. ſ. per aurem tracti: *Oudalrich de Walda*, *Horant*, *Hartman de Puoſenheim*, *Sigimar & filius eius Wernher & Sigimar*, *Altman*, *Waltman de Wacheringen*, *Oudalrich*, *Gundelpreht de Porterhus*, *Wolſtregil de Gemunden*, *Friderich de Turrinpach*, *Tagmo de Zorngoltingen*.

Ad preſens & inpoſterum cognoſcat univerſitas Chriſti fidelium, quod quidam ſervus S. Quir. Giſilolt dictus degens in beneficio ſub ſervicio cuiusdam nobilis viri *Arnolt de Lutzilſtetin* duas Huobas in loco Pivilez dicto ſitas, quas ab eodem Domino ſuo emerat, tradidit in manum ingenui viri *Adalberonis de Morlpach*, quatenus ille idem predium cum area, edificiis, agris, pratis, arbuſtis, paſcuis, queſitis & inquir. & cum omnibus append. ullo modo

modo dicendis delegaret ad altare predicti Mart. pro ſua parentumque ſuorum & omnium fidelium animabus. Quod ille perſolvit delegans ipſum predium ſecundum preſcriptam peticionem ad iam dictum alt. in manum Aribonis Abbat. & Sigim. eiusdem loci ſervitoris. H. r. t. ſ. *Predictus Arnoltus & ipſe Giſilolt*, *Gebolf*, *Wolfolt de Wacheringen*, *Gebolf de Scaftloc*, *Gerwich de Gemunden*, *Gundelpreht de Porterhus*. Eadem hora idem Giſilolt tradidit ad ſepedictum altare cum prenotatis teſtibus Perngerum ſervum ſuum pro V. denariis annuat. illuc ſolvendis.

Memorie & fidei credencium commendamus, que ſequentis paginule inſcriptione manifeſtamus. Quidam ingenuus homo *Outo* dictus *de Glana* predium ſuum, quod quidam liber vir Liutpreht inhabitabat cum area, agris, pratis &c. & omnibus utilitatibus, que ullo modo ſcribi vel dici poſſunt, tradidit in manum nobilis viri *Richherii de Reginriet*, quatenus ille eodem modo delegaret ad altare S. Quir. Mart. pro remedio ſue anime, nec non & pro animabus parentum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum. Quod idem Richheri fideliter perſolvens tradidit illud cum inveſtitura prenotato pacto ad iam dict. altare ad uſum fratrum inibi Deo ſerviencium in manum Aribonis Abbat. & *Ottonis Advocati*. Cuius tradit. teſtes ſunt per aurem tracti: *Sigiboto Preſes*, *Eberhart de Herrenhus*, *Oudalſcalch de Hohanperch*, *Nortpreht*, *Tagino de Prucca*, *Tagino de Vagene*, *Gebolf*, *Udalric. de Walde*, *Sigimar*, *Wernher*, *Altman de Wachering*, *Waltman*, *Hartman de Puoſencheim*, *Gerwich de Gemunden*, *Wolftregil*, *Rudolf de Sconnouwa*, *Egilolf*, *Eggehart*, & *miniſtri Advocati Wernheri Oudalrick*, *Richheri*, *Gundelpreht*, *Tagino de Zorngoltingen*. Eadem hora preſcriptus *Eberhardus de Herrenhus* cum eisdem dedit ad ipſum altare quandam mulierem ancillam cuiusdam ingenui viri *Ernuſt de Zeizheringen*, quam ipſe cum quodam predio ab eo ſibi dato, & cum IV. filiis ſuis

nec non-cum omni poſterit. ſua in manum eius tradiderat ad hoc delegandam pro V. denariis annuatim illuc ſolvendis. Et ſi hunc cenſum quisquam eorum tribus annis negligeret, niſi quarto reſtitueret, ſervili condicioni ſubiaceret. Ad hunc eundem cenſum annuatim perſolvendum, quidam ſervitor. S. Quir. Noppo de Gemunden delegavit eodem pacto ad ipſum altare duas proprias ancillas ſuas Pertham & Miltam cum omni poſteritate earum. Tradidit eciam illuc cum manu *Oudalrici de Porterhus*, in cuius manum delegatum erat predium, quod habuit in loco Sumunperch nominato. Hec omnia confirmata & ſtabilita ſunt in manum Aribonis Abbat. & Ottonis Advocat. preſcriptis teſtibus per aurem tractis.

Cognoſcat univerſitas fidelium, quod quedam famula S. Quir. Reginmuot, cum conſenſu filiorum ſuorum dedit propriam ancillam ſuam Hizilam cum omni poſteritate eius ad alt. eiusdem Martiris pro V. denariis ſingulis annis illuc ſolvendis. Et ſi duobus vel tribus annis quisquam eorum negligeret quarto retentum impleret, aut ſervilem legem ſubiret. H. r. t. ſ. *Sigimar eiusque filius Sigimar*, *Wernher*, *Gerwich de Gemunden*, *Horant de Puoſencheim*, *Richher de Wal*, *Haimo de Veskanpac*, *Richheri*, *Wecil de Vinde*.

Fidelibus notificamus cunctis preſentibus & futuris, quod mulier quedam libera Engila nominata predium ſuum in villa Hachingen ſitum tradidit ad altare S. Quir. Mart. pro ſua ſuorumque animabus redimendis in manum Aribonis Abbat. & Horandi eiusdem loci ſervit. C. tr. t. ſ. *Nortpreht miles*, *Heinrich de Vendeſpach*, *Heinrich de Puoſenheim*, *Richer*, *& filius eius Horant*, *& alius Richheri de Porterhus*, *Wecil de Vinde*, *Richher de Hachingen*, *Willihalm de Gemunden*.

Cunctis diligentibus Deum clareſcat nunc & in evum, quod quidam ingenuus homo Eggehart predium ſuum ſcilicet integram huo-

huobam in loco Purun ſitam cum area, agris, pratis &c. delegavit in manum fratris ſui *Heinrici*, qui vulgo *Garre* dicebatur, quatenus ille pro remedio anime eius traderet ad altare S. Quirini Mart. in uſum fratrum Deo inibi ſerviencium. Ipſe vero Heinricus delegavit illud eodem pacto in manum *Sigibotonis Preſidis de Wiare* tradendum ad altare predicti Martiris. Poſtea vero ambo convenerunt, ſcilicet Sigiboto Preſes & idem Heinricus in monaſterio ſepe dicti Martiris atque ſimul communi manu ſine omnium contradictione eodem modo quo prefatum eſt, delegaverunt ad iam dictum altare, tali ſtabilientes pacto, ut nec Abbas nec quisquam hominum ullo modo alienaret ab uſu fratrum. H. r. t. ſ. per aurem tracti: *Oudalſcalch de Hohenpurch*, *Gebolf de Vagana*, *Oudalrich*, *Pertholt de Hohenchirchen*, *Chadalohe de Prihſen*, *Witimar de Martn. Gerwich de Wolfrites*, *Hartman de Pouſencheim*, *Gundalprekt de Porterhus*, & *Horant.*

Num. IX. Sub Abbate Conrado. An. 1134-1154.

Notum ſit omnibus Deum diligentibus, quod quidam ſervitor. S. Quir. *Wernheri de Wacheringen* duo predia, unum quod poſſederat Azilo & Chona traditum ſibi a fratre ſuo Oudalrico, & aliud ſitum in loco qui dicitur Perbiſtiſperc cum omnibus uſibus ad ea pertinentibus delegavit ad altare predicti Mart. in manum Aribonis Abbat. & *Sigibotonis Advocat.* pro remedio anime ſue & fratrum ſuorum Oudalrici & Sigibotonis, nec non & omnium parentum ſuorum eo ſcilicet pacto, ut neque Abbas nec quisquam homo ullo modo ab uſu fratrum inibi Deo ſerviencium alienaret. Et ſi hoc quod abſit ageretur, proximus heres eius aureum nummum ſuper ipſum altare poneret, & predia ipſa in proprietatem poſſideret. H. r. t. ſ. *Oudalſcalch*, *Riekeri*, *Nortprekt de Hohenpurc*, *Sigimar & filius eius Sigimar*, *Wolfolt*, *Altman de Wacheringen*, *Hartman de Puoſencheim*, *Oudalrich de Walde*, *Gundelprekt de Porterhus.*

Poſtea vero idem Wernher tercium predium quod ſibi poteſtativa manu *Engildio* ſervus S. Quir. in beneficio ſuo degens tradiderat ad altare eiusdem Mart. eodem pacto, quo predicta donaverat, delegavit ad ſepe dictum altare in manum Chuonradi Abbatis, eodem die conſtituti & *Ottonis* advocati. Ad hec ecium eadem hora tradidit illuc duo mancipia ſcilicet ſervum Geroldum & Pertham ſororem eius pro V. denariis annuat. ad hoc ſolvendis ea ſcilicet pactione, ſi hunc cenſum tribus annis negligerent, ſervilem conditionem ſubirent. Harum tradicionum t. ſ. *Siboto Preſes, Oudalſcalch, Richeri de Hohenpurc, Nortprekt, Eberhart de Herrenhus, Goteſchalch de Mockingen, Heinricus de Wetelencheim, Adalpero Gallo, Oudalric de Walde, Oudalrich de Puſencheim, Piligrim de. Uſſoveron, Heinric de Egilingen, Gerwich de Gemunden, Richeri de Porterhus, Eberhart de Sewan, Otto de Richolfesdorf, Ettich de Hohinrein, Altman de Dornidorf.*

Clareſcat univerſitati fidelium preſencium & futurorum, quod quidam ſervus S. Quir. Pernhardus predicti ſuum, quod ipſe inhabitabat in loço Vinſternwalde dicto, cum omnibus utenſilibus ad illud pertinentibus tradidit ad alt. predium Mart. in manum Chuonradi Abbatis, tali pacto eandem tradicionem confirmans, ut nepos eius ſcil. Pernhardus ſororis eius filius ipſum predium poſt terminum vite ſue poſſideret, & fratribus inibi Deo famulantibus conſtitutum ſervicium exinde perſolveret, firmiſſimo multorum teſtimonio hoc ſtabiliens, ut nec ipſe nepos eius, nec allodium ulli in beneficium preſtaretur, vel nullo modo ab uſu fratrum alienaretur. H. r. t. ſ. *Sigiboto preſes de Wiare, Sigimar de Weckering, Wolfolt; Oudalric de Walde, Heinrich de Prunnen, Horant de Porterhus, Waltman de Vinſterenwalt, Wolſtregil de Gemunden, Waltheri, Richeri, Gotafrid, Pernhart.*

Cogno-

Cognoſcat univerſitas Chriſtianorum preſ. & futur. quod quidam ſervitor S. Quir. Piligrin dictus de Uſhoveren predium ſuum, quod habuit in loeo Herinprehteshus, cum area, edificiis, agris &c. pro ſua ſimul & uxoris ſue anima, nec non & pro animabus filiorum ſuorum hic defunctorum delegavit ad alt. S. Quir. in manum Chuonradi Abb. ad uſum fratrum inibi Deo ſervienc. firmiſſime hoc ſtabiliens, ut nulli hominum in beneficium preſtaretur, nec ullo modo ab uſu fratrum alienaretur. H. r. t. ſ. *Heinrich & filius eius Oudalrich*, *Wolfolt*, *Wernher de Wacheringen*, *Heinricus de Puſencheim*, *Oudalric de Walde*, *Starchant de Hatinheim*, *Tagino de Zorngoltingen*, *Waltman de Uſhoveren*.

Nunc & in perpetuum noticie commendamus fidelium, quod quidam nobilis vir *Huuc* nominatus de loco *Chunigiswiſin* predium ſuum in eodem loco ſitum cum areis, agris &c. & cum tribus mancipiis Waltheri, Oudalpreht, Giſala nominatis ſine contradict. omnium poteſtativa manu pro ſalute anime ſue tradidit ad alt. S. Quir, ad utilitatem fratrum illic Deo & eidem Martiri ſerviencium firmiſſimo pacto hoc ſtabiliens, ut nullo modo ab uſu fratrum alienaretur. H. t. t. s. *Eberger de Arcele*, *Gebolf de Schaftlock*, *Sigimar de Wachering*, *Hartman*, *Horant de Puoſencheim*, *Gerohwich de Vinſterwald*, *Wernher de Swinpeech*, *Oudalrich Strobel*, *Eberhart*, *Wolvolt*.

Noverint omnes in Deum credentes tam futuri quam preſentes, quod quidam liber homo *Ebo* dictus de *Frourataſpach* omne predium ſuum, quod in eodem loco poſſederat cum omnibus queſitis & inquirendis ad ipſum pertinentibus delegavit in manum uxoris ſue *Wentelmuot* nominate, que erat de familia S. Quir. in manum duorum nepotum eius Liutpoldi & Ozzonis, quatenus illi traderent ipſum pred. ad altare pred. pro remedio anime eius nec

non

non & parentum ſuorum. Illi vero cum confirmacione, & legacione Advocati *Heinrici de Scuonpurch*, in cuius advocacia ſitum erat, venientes ad Tegirnſe fecerunt ſicut rogati erant, delegantes ipſum allodium ad alt. S. Quir. in manum Chuonradi Abb. ad uſum fructum inibi Deo ſervientibus. H. r. t. ſ. per aurem tracti: *Heinrich & filius eius Oudalrich, Sigimar de Wacheringere, Liutolt de Funſingen, Gundalpreht, Horant de Porterhus, Gerwich & filius eius Wernher de Swinperch.*

Notificamus univerſitati Chriſtianorum preſent. & futuror. quod quedam nobilis matrona Irmingart, uxor *Chuononis de Tegrinwanch* ex peticione eiusdem viri ſui iam ad extrema perducti tradit. ad alt. S. Quir. in manum Chuonr. Abb. & Advoc. Ottonis eiusdem loci pro ipſius, & parentum ſuorum omniumque fidelium animabus duo predia, unum in loco Pfaffanhoven ſitum, & aliud in loco Izinsriet ab eodem viro ſuo *ſponſali & maritali* ſibi delegata, cum area, edificiis, agris, pratis &c. ad Dei & predicti Mart. ſervicium perpetualiter ibi retinenda. H. r. t. ſ. *Richeri de Reginrieth, Oudalrich de Piberchar, Heinric de Sveinnenpach, Heinrich de Mammendorf, Heinr. & frater eius Ruodeger de Wetlincheim, Pernhart de Falchuſen, Waltman de Gailingen, Altman & frater eius Waltman de Weehering, Wolvolt de Riede, Wezil & filius eius Hartman de Herebrehteshus, Hartman & frater eius Horant de Puoſencheim, Heinr. de Egelingen, Gerwich & filius eius Wernher de Swinperch, Gundelpreht & frater eius Richeri de Porterhus, Chuono de Sachare, Reginlock de Sigiharteshoven.*

Omnibus filiis matris eccleſie deſideramus notum & manifeſtum eſſe, quod quidam nobilis homo *Arnolt* dictus de *Luxinſteten* duo predia, unum in loco Ellinhartisriet, & aliud in loco Arniſesriet dicto, que cum aliis duabus huobis, que erant

cuius-

cuiusdam ſervi S. Quir. Giſilolt in ſuo beneficio conſtituti concambiendo adquiſiverat, delegavit ad alt. S. Quir. cum area, edificiis, agris &c. hoc firmiſſime ſtabiliens, ut ullo modo unquam ab uſu fratrum inibi Deo ſervienc. alienarentur. H. r. t. ſ. per aurem tracti, *Oudalrich de Piberckar*, *Wirnint de Enzenhuſen*, *Pernhart de Moſaha*, *Gebolf de Scaftloch*, *Wernher de Winſperch*, *Gundalpreht*, *Richerius & filius eius Horant de Porterhus*, *Perthold de Steinprukke*, *& Albero frater eius de Scorren*, *Eberhart & Wolfolt de Riede*.

Cognoſcant omnes Chriſtiane religionis, quod quidam ingenuus vir *Heinrich de Otmarashart*, & uxor eius *Ava* nominata *tradiderit* ſuum ſervum Eggehartum in manum *Chuonradi* Preſidis *de Dachouwe* delegandum ad alt. S. Quir. pro V. denariis annuatim illuc ſolvendis, quem ipſe Chuonradus eodem pacto in manum Ottonis Advoc. delegavit, qui eodem cenſu eum ad predictum alt. in manum Chuonradi Abb. pro tradidit. H. r. t. ſ. *Richeri de Reinriet*, *Gebolf de Scaftloch*, *Hartman & frater eius de Puoſencheim*, *Gerwich & filius eius Wernheri de Swinperch*.

Notum ſit univerſalitati fidelium tam futurorum quam preſencium, quod quidam nobilis homo *Sigiboto de Griezpach* delegavit propria mancipia, quorum nomina hec ſunt Hewich, Heinric, Willipirg, Engila ad alt. S. Quir. Mart. in manum Chuonradi Abb. ea lege, ut ipſi & omnis poſteritas eorum ſingulis annis V. denarios illuc perſolvant. Et ſi hunc cenſum &c. H. r. t. ſ. *Sigimar Muntſchefel*, *Heinric de Egeling*, *Altman*, *& Waltman frater eius*, *&c.*

Noverint omnes fideles Chriſti preſ. & futuri, quod quidam homo *Arnolt*, & uxor eius *Geza* nominata de *Zorngeltingen* delegaverunt ad alt. S. Quir. omne predium ſuum quod in eodem loco poſſederunt & V. ſervos ſuos, & omnem poſteritatem eo-

rum pro V. denariis annuatim illuc ſolvendis. H. tr. t. ſ. *Walt-man de Geilingen*, *& filii eius Walther & Paltuwin*, *Hartman &c.* Po-ſtea defuncto eodem Arnoldo ipſa Geza nupſit *nobili* viro *Adalpe-ro de Einhartingen*, qui tradidit eidem Geze uxori ſue tale pre-dium quale poſſedit in iam dicto loco, & proprium ſervum ſuum Oudalrich cum tribus filiis eius, quo eciam defuncto ſepe dicta Geza precibus eiusdem viri ſui Adalperti predium illud quod ab eo perceperat, cum nominato Oudalrico ac filiis eius delegavit ad predictum alt. S. Quir. in manum Chuonradi Abb. Et h. tr. t. ſ. *Gerolt & Wernher frater eius*, *Oudalric*, *Ekkehart*, *Richmunt de Zorngeltingen.*

Univerſis matris eccleſie filiis Chuonradus humilis miniſter cenobii Tegirnſenſis, quantum in ipſo eſt debitum fraterne ora-cionis. Variis rerum eventibus in omnibus providentes cunctis iſta legentibus ſignificamus, Mathildam, Adelheidam, Irmigar-dam, Pertham, omnemque earum poſteritatem unius denarii eſſe cenſuales ad altare S. Quiryni. Et ne quis earum aliqua ad ius noſtrum ſpectantia ullatenus perturbare preſumat, ſub vinculo anathematis a domno apoſtolico circumvallatos nos inſinuamus.

Cognoſcant omnes normam iuſticie amplectentes & futuri in Chriſto regenerati credentes, qualiter *Pertholdus de Tegrinwanc* poſt mortem patrui ſui *Chuononis* poteſtativa manu predium in loco Izinsrieth nominato prius eciam ab uxore ipſius *Chuononis Irmin-garda* delegatum pro remedio anime ſue ſuorumque parentum in manus Chuonradi Abb. & Ottonis Advocati ad alt. S. Quir. cum area, edificiis, agris, pratis &c. & omnibus appendiciis ad ea pertinentibus ad Dei & predicti Mart. ſervicium perpetualiter ibi retinenda contradidit. H. deleg. t. ſ. *Richeri*, *Nortpreht de Re-ginrieth & filius eius Richeri*, *Adalpero de Starcholteshoven*, *Otto de*

Irin-

Iringeſpurch, *Adalbero de Morelpach*, *Sigimar*, *Wolfolt de Wachering*, *Waltman*, *Altman*, *Oudalrich*, *Heinrich fratres de Wacheringe*, *Hartman*, *Horant*, *Werinheri*, *Gerolt fratres de Puoſencheim*, *Gerwich*, *Wolftregil de Gemunden*, *Hartman de Hereprehteshus*, *Richeri*, *Gundelpreht*, & *filii eius Adalpreht*, *Sigboto*, *Wernher*, *Ainwich*, *Waltheri de Herenprehtus*.

Omnibus veritatem diligentibus notum eſſe volumus, quod duo germani nobiles viri *Wirunt* & *Gebolf de Ahadorf* predium ſuum, *quod* hereditario iure habuerunt in loco Altresheim dicto *cum omnibus* appendiciis ad illud pertinentibus poteſtativis ma*nibus* ſine omni contradictione delegaverunt in manum ingenui viri *Otto* nominati de *Moſan*, quatenus ille delegaret ipſum predium Tegrinſe ad alt. S. Quir. pro eorum & omnium parentum ſuorum animabus, quod ille fideliter complevit, tradens illud ad predictum altare cum ſubſcriptis teſtibus per aurem tractis: *Heinrich de Aſcheim*, *Heinricus de Sintoltingen*, *Heinric de Hoclan*, *Richer* & *filius eius Wernher de Porterhus*, *Gerwich*, *Egilolf de Iſamaninga*, *Wolfolt de Munſture*, *Engilmar* & *frater eius Wolfkart de Horsginhoven*, *Adalpolt de Aſcheim*.

Notum ſit cunctis fidelibus tam futuris quam preſentibus qualiter quidam ingenuus homo *Iacob* nomine de *Urſpringa* delegavit propr. ſervum ſuum Eberhart ſuper alt. S. Quir. ea condicione, ut ſingulis annis V. denarios illuc perſolvat. Quem cenſum ſi tribus annis neglexerit quarto compleat, aut ſervilem legem ſubeat. H. r. t. ſ. *Ruodolf de Haſalangan*, *Chadalhoch de Hadamaringen*, *Immo de Swintala*, *Ekkehart de Muoſpach*, *Heinrich de Zuizilinge*, & alii quam plures.

Innoteſcimus cunctis fidelibus tam futuris quam preſentibus qualiter *Tagino de Vagina* peticione patrui ſui qui vocatur *Anno* dele-

delegavit ad alt. S. Quir. ſeptem mancipia, quorum hec nomina ſunt, Ruotpreht & eius liberi, Ruotpreht, Gebolf, Dietpolt, Adelheit, Chuniza, Mathildt in manum Domini Chuonradi Abb. ea condit. ut ſingulis annis ſinguli eorum V. denarios perſolvant. Quod ſi hunc cenſum tribus annis &c. H. r. t. ſ. *Dietpolt de Perchaim & eius cognati duo Wirunc, & Rapoto, Werinherus de Vagana, Heinrich de Hegilingem, Wolſtregil de Gemunden, Sigiboto de Huntpach, Wernher de Swinperch, Heinrich de Oriente, Heinric de Puoſencheim.*

Cognoſcat univerſitas fidelium tam preſencium quam futurorum, qualiter quidam nobilis homo *Pernhart de Tala* delegavit propriam ancillam nomine Helenam ad alt. S. Quir. ea condicione, ut ſingulis annis V. denar. &c. H. r. t. ſ. *Werinher filius Gerwici, Gebehart de Purrinpach, Albero Chegil.*

Noverint omnes Deum cognoſcentes, quia quidam vir nomine *Adalpreht de Haſalangen* delegavit proprium ſervum nomine Adalpertum ad alt. S. Quir. ea ſcilicet lege, ut V. denarios ſingulis annis illuc reddat. H. r. t. ſ. *Gerwich & eius filius Wernher & frater eius Wolſtregil, Heimo de Veskenpach*, & alii quam plures.

Cognoſcant cuncti fideles tam futuri quam preſentes, quod quidam liber homo *Pero* dictus delegavit in manum patruelis Racholſi propria mancipia Herigandum & Ellam cum duobus liberis ſuis, eo pacto, ut ille eos delegaret ad alt. S. Quir. quod & ita factum eſt, ea racione, ut ſingulis annis ipſi & omnis poſteritas eorum V. denarios illuc perſolvant. Quem cenſum ſi duobus aut tribus annis &c. hec delegatio facta eſt tempore Domini Chuonradi Abb. & *Heinrici* Advoc. H. r. t. ſ. *Sigimar, Oudalrich de Wachering &c.*

No-

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus quod duo fratres *Gerolt & Enginbolt de Oſtinminna* delegav. propriam ancillam nomine Azalam ad alt. S. Quir. eo pacto &c. ut ſupra. Teſtes vero hi ſunt: *Gerwich*, *Aimwich*, *Richeri Prepoſ. &c.*

Notum ſit cunctis Deum diligentibus tam preſentibus quam futuris, quod *quidam ſervus* S. Quir. Lantoldus de Eigiſingen tradidit poteſtativa manu ad altare eiusdem Mart. *propriam ancillam* Pertham dictam & filium eius Engildionem pro V. denariis &c. H. tr. t. ſ. per aurem tracti, *Sigimar & Oudalrich de Wachering*, *Horant de Puoſenckeim & fratres eius Gerolt, & Wernher*, *Waltman de Uſhoven*, *Gerwich & Wernher filius eius de Swinperch*, *Richeri & filii eius & frater eius*, *Truolt de Eigiſingen*.

Cognoſcant omnes Deum timentes, quod quidam homo *Adalwart* nomine *de Stirzilheim* delegavit proprium ſervum nomine Heinricum ad alt. S. Quirini Mart. eo pacto ut ſingulis annis V. denarios &c. Hec delegatio facta eſt tempore Chuonradi Abbat. & *Heinrici* Comitis. H. r. t. ſ. *Sigimar Muntſchefel*, *Horant de Puoſincheim*, *Waltmar de Uſhoven*, *Albero de Egilingen*, *Sigibert de Chirchpach*, *Ruodiger de Paſtperch*.

Cognoſcant omnes fideles tam futuri quam preſent. quod quidam homo nomine *Amalrich de Geltingen* delegavit proprium ſervum nomine Richerium ad alt. S. Quir. ea conditione ut ſingulis annis V. denarios &c. H. r. t. ſ. *Sigiboto Preſes*, *Oudalrich*, *Sigimar*, *Wernher de Wachering*, *Sigimar Schefelmunt*, *Horant*, *Hartman*, & alii plures.

Cognoſcant omnes chriſtiane religionis cultores, quod quidam homo nomine Nithart delegavit propriam ſuam filiam Iudita ipſius peticione ad alt. S. Quir. eo pacto, ut ſingulis annis

 ipſa

ipſa & ipſius poſteritas V. denarios illuc reddat. H. r. t. ſ. *Heinricus Advocatus Richer. de Reginrieta*, *Sigimar*, *Oudalrich de Wachering*, *Sigiboto*, *Sigihart preco*, & alii.

Diverſitati gentium, nunc & deinceps in mundo viventium hoc notum eſſe cupimus, quod quidam nobilis homo *Herrant* dictus libere ſe tradidit ad altare S. Quir. pro V. denariis annuatim ſolvendis preſente Abbat. Chuonrado & *Advocat. Heinrico*. H. r. t. ſ. *idem Advocatus Heinricus*, *Gebehart de Hohenpurch*, *Richerius & Adalpero fratres de Hohenekke*, *Tagino de Perge*, *Horant de Puoſencheim*, *Walther. de Umpelesheim*, *Adalo de Aragarten*, *Diether*, *Iſinrich de Hechingen*.

Sciant quique fideles tam futuri quam preſentes, quod quidam ſervitor. S. Quir. *Albrich de Parisdorf* & eius uxor Giſila delegaverunt ad alt. predicti Mart. duas ancillas ſuas Pertham & Willibirgam ea conditione, ut poſt obitum dominorum ſuorum ipſe & omnis poſteritas earum V. denarios illuc perſolvant. Quem cenſum ſi tribus &c. Actum tempore Chuonradi Abbat. & Heinrici Advocati. Teſtes ſunt *Oudalrich de Hohenrein*, *Oudalrich & Sigimar de Wacheringen*, *Siboto de Uſhoveren*.

Notum eſſe cupimus cunctis fidelibus tam futuris quam preſentibus, quia duo nobiles viri *Adalram & Oudalrich* frater eius *de Biberchar* delegaverunt ad alt. S. Quir. poteſtativa manu novem propria mancipia, quorum nomina hec ſunt: Giſila & eius liberi &c. eo pacto, ut ſingulis annis V. denarios illuc reddant. Quem cenſum &c. H. r. t. ſ. *Pernhart de Preitenhoven*, *Liupolt de Rudinishoven*, *Sigiboto de Uſhoven*, *Oudalrich de Hohenrain*, *Walther de Uſheim*, *Eberhart de Scorran*.

Noticie clareſcat fidelium tam preſentium quam futuror. qualiter *Sigehart de Ruteheim* tradidit ancillam ſuam Richkart ad altare

S. Quir.

S. Quir. in manum Chuonradi Abbat. pro V. denariis redimendis, ea condicione, ut ſi tribus annis &c. H. r. t. ſ. *Sigimar & Oudalrich de Wachering*, *Oudalrich de Hohenrein*, *Sigiboto de Uſhoven*, *Gundelpreht de Porterhus*, *Walther de Herrenprehteshus*.

Filiis Iſrael, & univerſo populo appropinquanti Deo notificamus teſtimonio vero, quod quidam nobilis vir *Deginhart* nominatus *de Svelt* ex peticione fratris ſui *Oudalrici* in extremis iacentis predium, quod hereditario iure habebant in vico Suragaloch cum area, edificiis, agris, pratis, arboribus, nemoralibus vel arbuſtis, queſitis & inquirendis, cultis & incultis, exitibus, & reditibus, & cum omnibus appendiciis ad hoc pertinentibus poteſtativa manu delegavit ad alt. S. Quirini in manum Chuonradi Abbat. & Sigibotonis eiusdem Mart. ſervitoris, pro remedio anime predicti fratris ſui Oudalrici, & omnium parentum ſuorum ad uſum fratrum iuibi Deo ſerviencium. H. tr. t. ſ. per aurem tracti, *Oudalrich de Hohenrain*, *Ruodolf*, *Gerwich & frater eius Wolſtregil*, *Walther*, *Richer & Gundalpreht frater eius Tuto de Rautereshuſan*, *Chuonrat de Butingan*, *Sigiboto de Puocharadorf*, *Reginpreht & filius eius Chuonrat de Othlingan*, *Heinrich de Huruminnin*, *Waltchun de Luttanwanc*, *Meginhart de Ollingen*.

Pateat omnibus Deum diligentibus nunc & in evum in ipſo viventibus, qualiter cenſualis quidam Ekkihart ex ancilla nobilis viri Teginonis liberos procreaverit, cuius amore & precibus devictus unam nomine Itam in manum Hermanni delegandam ad alt. S. Quir. commiſit. H. r. t. ſ. *Gotepolt de Lochhuſen*, *Oudalrich de Vagane*, *Ruodolf de Tala*, *Sigiboto de Glana & Ortwin frater eius*, *Ozo de Valkje*, *Pertholt de Grunenbac*. Poſtea vero idem Herimannus cenſualis eiusdem Mart. poteſtativa manu delegavit eandem ancillam ad altare predicti Mart. in manus Chuonradi Abbat. pro

V.

V. denariis annuatim illuc ſolvendis, quodſi duobus annis neglexerit, in tercio perſolvat, ſi non ſervilem legem ſubeat. Cuius rei teſtes ſunt *Waltman de Paſtperc*, *Sigimar de Wachering*, *Chuonrat & frater eius Oudalricus de Raine*, *Chuonrat de Vagene*, *Oudalris de Hohenrein*, *Sigiboto de Ufhoven*, *Sigiboto de Steinprucke*.

Cognoſcant omnes fideles nunc & in evum in Chriſto viventes, qualiter *Chuonradus* miniſter S. Quir. *de Richeriſpuren* ſervum ſuum delegandum tradidit in manum Werinheri ſocii ſui pro V. denariis annuatim perſolvendis ad alt. ipſius Mart. ea conditione ut ſi duobus annis non perſolvat, tercio redimat, ſin autem, ſervilem leg. ſubeat. Idem vero Wernherus eundem ſervum Rapotonem poteſtativa manu delegavit ad altare prefati Mart. in manum Chuonradi Abbat. tenore preſcripte delegacionis. H. r. t. ſ. *Oudalrich de Wachering*, *Gerwich & Wolftregil de Gemunden*, *Walther de Galingen*, *Pernhart de Tale*, *Sigiboto*, *Wernher de Porterhus*.

Notificamus cunctis fidelibus preſentibus & futuris, quod *Heinricus* Dux quatuor ſorores Chriſtinam, Gerlindam, Merigardam, & Pertham ancillas S. Quir. pertinentes ad beneficium ſuum Gourichingen dictum propria manu ſua, & cum manu militis ſui *Wolftregil*, in cuius poteſtate tunc idem beneficium erat, recte concambiando remiſit ad ſervicium S. Quirini. Eodem concambio retradite ſunt illi ad idem beneficium de familia predicti Martiris IV. perſone, Pero, Gumpreht, Gerlint, Pertha. H. concambii teſtes ſunt per aurem tracti, *Hartman*, *Horant de Puoſenchaim*, *Egilolf de Funſingen*, *Wezil de Oſtenwinen*, *Pertholt & Friderich*, *Richerius de Gourichingen*.

Cognoſcant omnes credentes tam futuri quam preſentes quod quidam nobilis homo Adalram delegavit ad altare S. Quirini quandam feminam Hizilam nominatam cum liberis ſuis annuatim

pro

pro V. denariis perſolvendis ea conditione ſi tribus annis neglex, quarto perſolvant, ſi non, ineant ius condicionis ſervilis, H. r. t. ſ. per aurem tracti de nobilibus *Chuonradus & Pernhard*, *de Servitoribus Sigimar de Wacheringen*, *Gerwich de Gemunden*, *Horant*, *& frater eius Adalpreht*, *Wernher*, *Anwich de Portarhus*.

Pateat omnibus beatis fonte ſacri Baptiſmatis regeneratis, quod quidam homo *Megingoz de Phrundorf* delegavit ancillam ſuam Adalheit in manus fratris ſui *Eberhardi* ad delegandum ad altare S. *Quir.* pro V. denariis cenſualiter perſolv. Qui fideliter fratris peticionem ut preſcriptum eſt complens delegavit, teſtibusque per aurem tractis indiſſolubiliter confirmavit. Nomina teſtium veritatem confirmancium, *Adalrammus de Piberchar*, *Chuonrad. & Pernhard*, *Sigimar de Wachering*, *Tagino de Uſhoven*, *Gerwich de Gemunden*, *Adalpreht de Porterhus*.

Omni generacioni Dominum querencium, & ad hereditatem celeſtis patrie fideliter credendo tendencium literis & veris teſtibus innoteſcimus, quod quidam miniſter. S. Quir. *Gerwich de Wimperch* peticione filii ſui *Wernheri* Hieroſolimam tendentis delegavit predium ſuum a quadam femina Hadelouch dicta poſſeſſum, pro remedio anime ſue & uxoris ſue *Hiltigarde*, ad alt. ejusdem Mart. in manum Chuonradi Abbat. taliter, ne ulli in beneficium tradatur, ſed poſt diſceſſum ſuum fratribus Deo inibi militantibus karitas annuatim exhibeatur. Inſuper de ſervis & de ancillis cenſualiter pro V. denariis eidem Mart. perſolvendis contradidit, Sigihardum, Gezam cum pueris ſuis, Giſilam cum pueris ſuis. H. r. t. ſ. de nobilibus *Pernhard de Tale*, *Oudalrich de Hohenrein*, *Sigimar ſocer eius*, *Wolſtregil de Gemunden*, *Tagino & filius eius Sigiboto de Uſhoveren*, *Gundelpreht*, *Richeri & filius eius Adalpreht*, *Wernher*, *Horant*, *Anwich de Porterhus*, *Chuonrat*, *Hainricus fratres*

tres de Porterhus, Pertholt, Engildie, Megengoz de Rotahe, Hartman de Herbrehshus, Gebehart de Oſtenmine, Wernher de Swaichus.

Pateat cunctis fide & opere matri eccleſie coniunctis, quod quidam ſervus S. Quir. Wertcoz dictus conſenſu uxoris ſue & filiorum ſuorum delegavit ſervum ſuum Richerum in manum *Richkeri de Talehcim* ad delegandum ad alt. predicti Mart. pro V. denariis &c. qui peticionem eius complens cenſualiter ut preſcriptum eſt hunc delegavit, & teſtibus ſubſcriptis confirmavit. *Sigimar de Wacherinus, Ricker de Porterhus, Tagmo, Gerhart de Hartpenigen, Gebehart de Oſtenminne.*

Cognoſcant cuncti fideles tam preſentes quam futuri, quod quedam mulier nomine Diemuot de Regınreit delegavit propriam ancillam Richkart in manum nobilis viri *Ruoperti de Sigiharteshoven*, eo pacto, ut ille eam delegaret, quo ipſa peteret. Ipſa vero petiit, ut ad alt. S. Quir. delegaretur, predictus vero Ruotpertus ſecundum petic. illius delegavit eam ad alt. ſupradict. Mart. pro V. denariis illuc ann. perſolvend. tempore Chuonradi Abbat. & Domini Heinrici Advocat. eiusdem cenobii. H. r. t. ſ. *Adalpero de Hohinperch, Sigimar de Wachering, Horant, Wernher, Heinrich fratres de Puoſencheim.*

Nunc & in perpetuum noticie commendamus fidelium, quod quidam miniſterialis S. Quir. *Gundelpreht* dictus delegavit predium ſuum in loco qui dicitur Taleheim ſitum ad alt. pred. Mart. pro remedio anime ſue & uxoris ſue Hunzilen, & ancillam ſuam Hazicham ad perſolvendum cenſum V. denariorum annuatim cum omni poſteritate ſua. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Hohenrein, Oudalr. & Sigimar de Wachering, Siboto de Uſhovern, Richeri & filius eius Horant, Wernhart, Ainwich, Gebehart, Chuono de Sachere, Chuonrat de Porterhus.*

Sciant

Sciant omnes tam futuri quam preſentes quod quedam mulier Giſala de Naberein cenſualis S. Quirini accuſata eſt, quod cenſum debitum eidem Martiri perſolvere neglexiſſet, & *convicta iure cenſualium aliorum*, legem ſervilis condicionis ſubire debuiſſet; tandem precibus ſervicioque obtinuit, quod ius obtentum in preſencia Chuonradi Abbat. & Advocat. Heinrici in conſpectu tocius familie maniſeſte conceſſum veris teſtibus confirmavit. Nomina filiorum eiusdem & filiarum, *Richeri*, *Otpreht*, *Sigiboto*, *Giſala*, *Irmigart*, *Truta*.

Cunctis fidelibus Chriſti inſinuamus, tam futuris quam preſentibus, quod quidam miniſterialis S. Quir. *Gerwicus de Sweinperch* delegavit propriam ancillam ſuam Iudith ad aram predicti Mart. tempore Chuonradi Abbat. & Heinrici Comitis ad V. denarios eo tenore, ut ſi uno anno neglexerit, ſecundo & tercio redimat, ſi tercio neglexerit, ſervili iugo ſubiaceat. H. r. t. ſ. *Wernherus filius eius Wolfſtregel de Gemunden*, *Fridericus de Swerzbach*, *Hartman de Herebrehteshus*, *Sigiboto de Louſentale*, *Richeri de Porterhus*, *Horant de Oſtenminne*.

Norint omnes Deum diligentes tam futuri quam preſentes quod quidam miniſterialis S. Q. *Sigimar* dictus cum filio ſuo *Sigmaro* quandam ancillam Pertham delegavit ſuper altare eiusdem Mart. ſub Abbat. Chuonrado ad propriam libertatem usque ad obitum amborum tendentem, & poſt obitum amborum decem denariis ad cameram debitum perſolvat cenſum. Poſt mortem vero matris, & filie camere fratrum VI. denarios perſolvant, filii vero prepoſiture deſerviant. H. r. t. ſ. *Wernher & Sigimar frater eius de Wacheringen*, *Gerwich & filius eius Wernher*, *Wolſtr. de Gemunden*, *Sigimar de Gotzingen*.

Notificamus omnibus in Chriſtum credentibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam miniſter S. Quirini *Rückker* nominatus *de Schaftlock* poteſtativa manu ſine omnium contradictione cum manu nobilis uxoris ſue Giſile pro remedio ſue, eiusdemque coniugis anime & omnium debitorum ſuorum delegavit ad altare S. Quirini in manum Chuonradi Abbatis & Ottonis Advocati duo predia in loco Holzen ſita, unum quod proprii ſervi eorum Engilprecht, & filius eius Engilpreht inhabitabant, quos cum eodem predio ad ipſum altare tradidit, & aliud quod Aldalpreht qui in beneficio eius erat, poſſederat, hoc firmiſſimo pacto ſtabiliens, ut in memoriam eorum fratribus hic Deo famulantibus plenum ſervitium exinde annuatim perſolveretur. Alia duo predia ab Ouzone & Engildione tunc poſſeſſa eo pacto coram multis confirmato, ut ſemper ad Hoſpitale ad conſolationem pauperum peregrinorum pertinerent. Harum traditionum teſtes ſunt per aurem tracti, *Sigiboto Preſts de Wiere*, *Richer de Reginrieth*, *Gotafrid de Anedorf*, *Adalpero de Grazzen*, *Chuono & filius eius Arnolt de Herrantſperc*, *Oudalrich de Walde*, *Sigimar de Gozzingen*, *Wernher*, *Oudalrich*, *Altman*, *Waltman de Wicheringen*, *Hartman*, *Horant*, *Heinrich de Puoſencheim*, *Waltman de Uſhofen*, *Hartman de Herenpretshus*, *Egilolf de Iſmaningen*, *Wolftregil*, *Gerwich*, *& filius eius Wernher de Gemunden*, *Chuonrat*, *& Oudalrich fratres de Reine*, *Chuonrat*, *Egilolf*, *Pernhart miniſtri Ottonis*.

Cunctis fidei ſancte filiis pateat, quod *Engilbertus Hallenſis Comes* predium ſuum ad Rubelingen ſitum tradidit in manus Chuonradi Abbatis ad uſum fratrum Deo ſanctoque Quirino militantium pro magna bonorum eisdem fratribus ablatione de qua poſtea penitens idem ut diximus predium contulit tantum in ſignum redemptionis, ita duntaxat, ut ſemper vita ſuperſtite debitor huius Eccleſie exiſteret. H. r. t. ſ. *Hartuwic de Route*, *Friderich*

de

de Chetenhaim, *Heinrich de Etelingen*, *Ortolf de Laimingen*, *Siboto de Route*, *Luitwin*, *& Bruno frater eius Eberhart*, *Oudalrich Araz*, *Adalprecht de Diengen*, *Ebo de Eberſperch*, *Sigimar de Gotzingen*, *Werinher de Richerſpuren*, *Gebehart.*

Agnoſcant omnes tam futuri quam preſentes, quod quidam *Parmannus* S. Quirini Wolfolt dictus cum uxore ſua Sigirat predium quod poſſederat ad Hechingen, delegavit ad altare predicti Martyris tali conditione, ut ipſi omnisque eorum poſteritas absque *ulla* vexacione cenſualiter illuc perſolvant V. denar. nec *quisquam* Abbatum eosdem inbeneficiare preſumat. Sunt autem nomina eorum, Arnolt Ratpoto, Pertha, Mathilt, h. r. t. ſ. *Otto Preſes*, *Richer*, *Oudalſcalch*, *Nortprekt*, *fratres de Hohenpurch*, *Sigimar*, *Heinrich*, *Gundelprecht*, *Wernher*, *Horant fratres.*

Agnoſcant omnes Chriſti fideles qualiter quidam Clericus Patto dictus, & eius frater Adalpero tradiderit ad aram S. Quir. Martyris duas Ancillas Pertha & Adalpurch nominatas tali pacto, quod ſingulis annis donarent V. denar. Huius rei teſtes ſunt: *Hartuwich de Richolfdorf*, *& Noppo de Rieda*, *Hatto de Eriloch*, *Wolfolt*, *Sibot*, *Heinrich*, *Oudalſcalch*, *Adalpero*, *Pernhart*, *Hartman*, *Altman.*

Cunctis Chriſtianis innoteſcimus, qualiter Adalolt & Drutſiunt per manum *Sigibotonis preſidis & filii ſui Sigibotonis* ſuam ancillam Pertharat dictam cum omni poſteritate ſua ad altare ſancti Quirini delegaverit ea conditione ut ſingulis annis V. denarios donarent Sigifrido ibi preſente Abbate. Si autem hunc cenſum tres annos pretermitterent, quanto anno ſervilem legem ſubirent. Huius rei teſtes per aurem tracti ſunt: *Sigihardus Prepoſ. Ratolt*, *Wolvot*, *Waltman*, *Sigimar*, *Heinric*, *Siboto*, & alii.

Generalitati omnium fidelium clareſcat, quod quedam mulier Waſſapurch dicta pro remedio anime ſue tradidit ancillam ſuam nominatam Granna, pro V. denariis annuatim; Solvendis cum omni poſteritate ſua preſente Abbate Eberhardo. Huius rei teſtes ſunt: *Oudalrich*, *Waltman*, *Engilhart*, & alii quam plures.

Scriptis & teſtimonio vero omni ſignificamus evo, qualiter Wernherus miniſterialis S. Quir. predium hereditario iure poſſeſſum ad Perloch *Tegoni de Uſhoven* fideliter tuendum delegavit tali condicione ut poſt mortem ſuam uxoriſque & filiorum ſuorum delegaret ad aram predicti Martyris in uſus fratrum Deo ibidem militantium. Poſt cuius diſceſſum per interventum Wernheri Camerarii uxor eius cum filio ſuo Oudalrico petiit, ſicut ipſe diſpoſuerat delegacionem fieri. Ipſe vero illorum complens deſiderium diſcrete delegavit, ne ullo modo inbeneficiari poſſit. Dominus vero Chunradus Abbas ſicuti poſtulaverant aſſignavit fratrum Camere ſic, quoadusque viverent V. denarios annuatim illuc perſolvant & poſt finem ipſorum, quiscunque officialis fuerit, libere poſſideret. H. r. t. ſ. *Gerwic Wolſtregl de Gemunden*, *Albero de Egelingen*, *Siboto*, *Oudalricus fratres de Uſhovern*, *Siboto de Porterbus*, *Wernher de Raine*.

Conradus Dei graci Abbas Tegrinſenſis, cunctis iſta perſpicientibus, & in Deo pie ſapientibus ſignificamus, Mahtildam de Perghuſen cum natis eius, Arnoldo, Sigrade, Mathilde & cum Matertera eorum Bertha & natis ipſius Chunrado & Mathilde, Wolferio ſicut ipſe aſſerit, nunquam in beneficiaſſe, ſed cenſum V. denariorum ad altare S. Quirini annuatim debere perſolvere. H. r. t. ſ. *Wernher*, *& Luitpolt de Porterhus*, *Gerwic & Wolſtregil de Winperch*, *Lazarus de Wolfrathuſen*, *Albero & filius eius Waltman de Pouchperch*.

Notum

Notum ſit omnibus in Chriſto viventibus, quod quidam *Parmanus* nomine Sigihartus de Holzhaim cum uxore ſua Iſinpurch delegavit quasdam feminas in manus Roudolſi villici noſtri de eodem loco, ad delegandum ad aram S. Quir. pro V. denar. annuatim perſolvendis eo tenore, ut ſi uno anno negligant, ſecundo & tertio redimant, quod ſi triennio neglexerint ſervile iugum ſubeant. Nomina autem earum ſunt Mathild & filia eius Willipurch, & ſoror eius Irmgart. H. t. ſ. *Sigimar de Wackaring*, *Siboto de Uſhoven*, *Chunradus & Albertus de Porterhus*, *Gotzwin de Chirchaim.*

Pateat omnibus fide & opere Deo famulantibus quod Wulfin miniſterialis *Pertholdi Comitis* pro remedio anime ſue Chunigundam filiam ſuam de *ancilla genitam* cum liberis ſuis Hainrico Roudolfo, Chunigunda & Luitkarta legitimam cenſualem V. denariorum ſancto Quirino contradidit, & teſtibus conſcriptis confirmavit. Quorum nomina ſunt: *Liebhardus & Wernhardus de Uſhoven*, *Eberhard Hezil*, *Oudalſcalch*, *Meginhart de Nivarn.*

Notum ſit omnibus, qualiter quidam Gozoldus *liber genere famulam* S. Quirini *ſibi in coniugio copulavit*, ex qua etiam filios, filiasque generavit, quorum nomina ſunt hec. Albrecht, Herman, Wernher, Adalheit, Mathilt, Azila, *qui dum eſſent debitores cottidiani ſervicii fratribus* S. Quirino ſervientibus pater eorum datis rebus ſuis eos redemit, & tributarios conſtituit, ut ſingulis annis ſinguli eorum V. denarios in uſum fratrum perſolverent. Ob huius etiam rei memoriam & teſtimonium delegavit idem Gozboldus ſuper altare S. Quir. tale predium, quale in vico quodam Gennenhuſen habuit hoc pacto, ut vel ipſe, vel quilibet maxime ſibi propinquus ſingulis annis V. denarios in uſus

fra-

fratrum perſolvat, acta ſunt hec ſub advocatis illius Eccleſie, *Hainrico de Wolfrathuſen*, & *Chunrado de Dachouwe* coram venerabili Abbate Chunrado preſentibus tam Monachis, quam Laicis, idipſum communiter laudantibus. H. r. t. ſ. *Horant*, *&* *frater Heinricus de Pouſenchaim*, *Pernhart de Iſenpach*, *Sigmar & filius eius Sigimar de Wachering*, *Richer & filius eius Wernher & Aimwich de Porterhuſen*.

Omni ſexui fidelium tam preſentium quam futurorum ego Chunradus Dei gracia Abbas Tegrinſenſis manifeſtum eſſe volo, Wernhardum, & fratres eius & ſorores cenſuales S. Quir. V. denariorum nec Pattoni, nec cuiquam hominum in beneficium contuliſſe, ſed libere in uſus fratrum absque omni vexacione eundem cenſum perſolvere debere. H. r. t. ſ. *Oudalricus & filius eius Heinricus*, *Oudalricus & Chounrad de Wacheringe*, *Sigimar & filius de Wacheringen*, *Albertus de Porterhuſen*, *Meginhart de Rieth*, *Wernherus & frater eius Aimwich de Porterhuſen*.

Iuſtum eſt & rationabile, ut iuſtis fidelium noſtrorum peticionibus pium aſſenſum prebeamus, & ne laqueum iniuſte oppreſſionis, quem nutu Dei evaſerunt, rurſus incidant, conſulte precavere ſatagamus. Quam ob rem tam futuris, quam preſentibus innoteſcere volumus, qualiter *Fridericus Palatinus Comes* Miniſteriales S. Quirini Adalberonem, Altmanum, Hermanum, Wolframum, Adalheidam, & Diemout, de villa Arbenhofen progenitos, violenter ſibi vendicavit, quos tandem divina inſpiracione dum ſeculo renunciare diſpoſuit, ſancto Quirino reſignavit. Nos vero piam ipſorum devocionem adtendentes, in loco miniſterialium eos recepimus, & ne ulterius alieno ſubiiciantur dominio, literarum, & ſigilli noſtri teſtimonio confirmavimus, quos tamen digna mercede a quocunque conductos utilitati ſue providere non abnuimus.

Notum

Notum ſit omnibus, qualiter *Einwicus de Piburch*, tale predium, quale habuit apud Gerwenteshuſen delegavit in manum nepotis ſui Gebolfi eo pacto, ut illud traderet ſuper altare S. Quir. Idem vero Gebolfus tradidit idem predium in manum *Alberonis de Egilingen*, Miniſterialis B. Quir. tradendum ſuper aram eiusdem patroni, quo tradente teſtes acceſſerunt infra deſcripti. Eadem vice Wernherus Miniſterialis Tegrinſenſis, tradidit ſuper altare S. Quirini predium *Pecilini* de Perloch, & coniugis eius *Chunize*, quod eius rei gracia manum eius ambo tradiderant ſitum in eadem villa Perloch, illo itaque tradente ipſum predium cenobio in ſervicium egenorum & hoſpitale; Teſtes tam huius, quam preſcripte ſupra traditionis per aurem adtracti ſunt: *Tagino de Uſhoven, & filius eius Oudalricus, Sigimar de Wachering, Routprecht Dapifer, & frater eius Oudalricus, Wernher de Raine, & frater eius Hainricus, Albero de Egilingen, Hartmanus de Hartchirchen, & frater eius Oudalrich.*

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidam vir de familia Vigilii Tarentinorum patroni Tiethmar nomine duxit uxorem de familia Domini *Ottonis Irinſpurch* & cognatam eiusdem nomine Irmingart. Quibus ſimul commanentibus & filiis & filiabus a ſe genitis, multis annis transactis vir mortuus eſt; quo mortuo *Comes Ruodolfus* Advocatus predicti viri mulierem infeſtans fatigavit, illamque excludere ab omni ſuppellectile ſua laboravit. Que ad Dominum ſuum fugiens auxilium peciit, quod Domino adiuvante invenit. Contigit enim eosdem dominos *Ruodolfum & Ottonem* Waringowe pro eadem re conveniſſe, & ibi pro obtinenda hereditate patris Dominus Otto filium & filiam Megingozum & Gerdrudam predicte mulieris delegavit in manum Ruodolfi Comitis ad delegandum ſuper altare S. Vigilii, & ipſam matrem & reliquas filias eius Ellinrat, & Diemout ſuper alt. S. Quir. per

per manum Advocati, ea condicione, ut iure miniſterîali ubivis eſſent, nec aliquis aliquos aliquibus idem concedere vel auderet vel poſſet, & ut predicti pueri predium equaliter dividerent, & quecunque parentes illorum pari labore congeſſiſſent. H. r. t. ſ. *Comes Otto de Wolfratehuſen*, *Comes Sigiboto de Wiare*, *Tagno & fratres eius Gebolf*, *Wernher*, *Oudalrich de Vagene & Miniſtri S. Quirini*, *Sigimar & filius eius Sigimar*, *Oudalrich cognatus eorum de Wachering*, *Hartman & frater eius Horant de Puoſenchaim*, *Heinrich de Egelingen*, *& Miniſtri S. Marie Adalpreht de Hegelingen*, & ceteri quam plurimi.

Omnes iuſticie ſectatores, preſentes ſeu poſteriores agnoſcant, & aure cordis percipiant, qualiter *Hartmannus de Puoſenchaim* predium Diethalmi fratris eius, quod ipſi fideliter delegandum ad alt. S. Quir. in uſum fratrum vendicaverunt, delegavit in manum Chuonradi Abb. tali condicione, ne per aliquod beneficium a ſervicio fratrum alienaretur. Et ſi fieret, quod abſit, aureo nummo altari impoſito proximo herede inhabitetur. H. r. t. ſ. *Hainrich*, *Sigimar*, *Wernher*, *Wolfolt de Wachering*, *Horant*, *Wernher*, *Heinrich de Puoſencheim*, *Gerwich*, *Wolftregil*, *Friderich fratres de Gemunden*, *Oudalrich*, *Sigiboto fratres de Walde*, *Altman*, *Waltman de Wachering*, *Gundelpreht de Portarhus*, *Hartman de Herprehteshus*.

Omnibus filiis ſancte matris eccleſie Chriſto capiti conjunctis fide & baptiſmate innoteſcimus ſcriptis & teſtibus veris, qualiter *Otto Preſes de Wolfratehuſen* delegavit ancillam ſuam in manus *Adalberonis de Morlbach* ad delegandum ad alt. S. Quir. condicione miniſteriali; tali tenere, ut cum omni poſteritate ſua, ſi legitime miniſtro nupſerit, a nullo Abbatum ab hac lege poſſit divelli. Predictus autem Adalbero in preſencia ipſius Ottonis Advocati

hanc

hanc delegavit ad alt. preſcripti Martiris in manum Chuonradi Abb. & ipſius Preſidis. H. r. t. ſ. idem *Comes Otto*, & *filii eius Otto*, & *Heinricus*, *Otto de Iringeſpurch*, *Eberhart de Herrenhugen*, *Oudalſcalck*, *Richeri*, *Nortpreht fratres de Hohenpurch*, *Sigiboto de Peirbrunnen*, *Pilgrim* & *filius eius Meginhalm*, *Wernher*, *Sigimar*, & *filius eius Wernher* & *Sigimar de Wacheringen*, *Wolftregil de Gemunden*, & *filius eius Wernher*, *Hartman de Hereprehteshus*, *Riwinus de Vechepuoren*, *Wernher*, *Oudalrich de Perloch*.

Omni populo ad propinquanti Deo innoteſcimus nunc & *in omni* temporis evo, qualiter quidam miniſter Domini *Heinrici Preſidis de Wolfrateshuſen*, *Megingoz de Leufzorn* filiam ſuam *Richkardam* de propria ancilla genitam delegavit in manum *Pernhardi* ſoceri ſui de *Chircheim* ad delegandum ad alt. S. Quir. pro V. denar. illuc annuatim perſolv. Qui fideliter peticionem eius complens, ut prelibatum eſt, eandem deleg. ad alt. predium Mart. in manum Domini *Chuonradi* Abb. condicione legitime cenſuali. H. r. t. ſ. *Sigimar de Wachering*, *Gebehart de Wachering*, *Gebehart de Oſtenminne*, *Megingoz de Eheningen*, *Heimo de Holzhuſen*, *Waltman*, *Reginpreht de Wolfzorn*.

Intelligant omnes in Chriſtum credentes tam futuri quam preſentes concambium *Heinrici Ducis* cum Abbate *Chuonrado* & eiusdem loci *Advocato Ottone* & filiabus Richerii famuli S. Quir. de Gourichingen, que erant in beneficio *Wolftregili de Pueren* in loco qui dicitur Peſingen. Predictus Abbas peticioni Richerii annuens ad retinendum filias ſuas hunc concambiendo tradidit in manus Heinrici Ducis cum ceteris mancipiis Guntperto, Perone, Diezila, & Gerlinda favente Wolftregilo cuius ſervituti inerant filie predicti viri; tali tenore ut filie Richerii legitime cum omni poſteritate ſua debitum ſervicium perſolvant preſcripto Martiri,

quarum nomina ſunt Chriſtina, Gerlint, Merigart, ac Pertha. Dux vero Heinricus ad confirmandum concambium legitimum, que erant in beneficio libertati ut preſcripſimus Bauwarice prelibavit, & Wolſtregilo preſcriptos famulos & famulas mancipavit. H. r. t. ſ. *Chuonradus de Dachove, Werinhart de Stoufe, Friderich de Swerzenbach & filii eius Sigiberto & Friderich cum ceteris eiusdem Ducis miniſterialibus Hartman & frater eius Horant de Puoſencheim, Egilolf de Funſingen, Wezil de Oſtenminne, Perhtolt & frater eius Fridepreht, Gerwich & Wolſtregil fratres, Richeri de Porterhuſen.*

Notum ſit omnibus Chriſti Eccleſie fidelibus, quod quedam matrona genere & virtute nobiliſſima *Richildis* nomine de *Megelingen* tradidit predium, quod habuit in loco qui dicitur Lantfridesheim ad altare S. Quir. Tegrinſe in augmentum prebende fratrum ibidem Deo ſerviencium, & filii ſui *Hartwici* tunc temporis in illo loco manentis, cum mancipiis Dietmaro ſcilicet & filiis ſuis in predio hereditario iure locatis, quos ſingulariter ad quinque nummos annuatim ſolvendos cum omni poſteritate ſua delegavit illic, ut in perpetuum eiusdem altaris tributarii eſſent, & ſi quis id ipſum eorum ius infringeret, divino iudicio eternam dampnacionem incurreret. H. r. t. ſ. *Fritilo de Stainenchirchen, Sigiboto de Arnowe, Altman de Tebrisheim, Fridepreht de Lanteshaim, Ludwich de Wigilheim, Volcholt de Fridheim.*

Univerſitati credencium tam futurorum, quam preſencium manifeſtum volumus eſſe, quod quidam S. Quir. famulus *Richeri de Porterhus* delegavit predium ſuum ad Oſtenmine ſitum ad altare predicti Mart. in manum Chuonradi Abbat. pro ſe omnibusque debitoribus ſuis, tali condicione, ſi a ſervicio fratrum ablatum cuiquam in beneficium concedatur, proximo herede poſſideatur. H. r. t. ſ. *Oudalrich de Hohenrein & frater eius Adalpreht, Sigiboto de Uſkoven, Horant & fratres eius Wernheri, Ainwich.*

Mani-

Manifeſtum ſit cunctis fonte baptismatis regeneratis, qualiter *Gebehardus de Hohenpurc* delegavit ancillam ſuam Adalheit in manum patrui ſui ad delegandum ad altare S. Quir. pro V. den. &c. Idem vero *Nortpertus* hanc fidelium cenſualium condicione delegavit ad altare predicti Mart. in manum Chuonradi Abbat. taliter ſi tribus annis perſolvere neglexerit, quarto redimat, ſi non, ſervilem condicionem ſubeat. H. r. t. ſ. idem *Nortpertus*, *Sigimar de Wacheringen*, *Pernhart de Puiren*, *Adalpero Wolſtregil de Gailingen*, *Eberhart de Perhtrameshoven*.

Omnibus credentibus notum volumus eſſe, quos vera fides iunxit matri eccleſie, quod quedam ancilla Elimout dicta S. Vigilii de Stuones per manum filii ſui Perewini delegavit ad altare S. Quir. condicione cenſualium ſervum ſuum Chuono dictum in manum Chuonradi Abbat. pro V. denar. perſolvendis ad alt. pred. Mart. H. r. t. ſ. *Sigimar de Wacheringen*, *Gerwich de Gemunden*, *Sigimar de Gotzingen*, *Pernhart de Wolfrateshuſen*, *Chonrat*, *Gebehart de Oſteninne*, *Pertholt*, *Chuonrat fratres de Stuones*.

Omni evo utriusque ſexus nunc & in futurum huius delegacionis ordo ſit manifeſtus, quod quidam nobilis homo *Wichman de Chumiswiſen* delegavit ad altare S. Quirini in manus Chuonradi Abbat. propriam ancillam Outam Geroldi filiam, aſſenſu & voluntate ceterorum miniſtrorum *lege miniſteriali*; tali ſtabiliens tenore, ut cum omni poſteritate ſua *vivat & utatur miniſtrorum* ad idem altare pertinencium indiſſolubili condicione. H. r. t. ſ. *Sigimar*, *Oudalrich*, *Wernher de Wachering*, *Horant*, *Wernher & filii eius Ruotpreht & Hartman*, *Gerolt pater ipſius femine*, *Tagino de Uſhoven & filius eius Sigiboto*, *Wolſtregil de Gemunden*, *Oudalrich de Reine*, *Wernher de Porterhus*, *Sigiboto de Louſental*, *Gebehart de Oſtenminne*.

Omnibus iuſte & pie in Chriſto viventibus inſinuamus, quod quedam S. Quir. ancilla Ekeburc predium ſuum ad Prunnen ſitum per manum filiarum ſuarum ad altare predicti Mart. delegavit ea condicione, ne cuiquam in beneficium conferatur, ſed pro anime eius abſolucione fratribus ibidem Deo ſervientibus exhibeatur. H. r. t. ſ. *Sibote de Uſinvern*, *Ruopreht de Richerſpuoeren*, *Willibolt*, *Ulric de Warchove*, *Wezil de Oſtenninne*.

Notum ſit filiis Iſrael univerſis, quod quidam *Wernher de Funſingen* & uxor eius Mahtild ſervum ſuum Sibotonem per manum Richerii & *Chuonradi* delegavit ad altare S. Quir. pro V. denar. annuat. ſolvendis. H. r. t. ſ. *Sigimar de Wacheringen*, *Sibote de Uſhoven*, *Gerwich de Swinperch*, *Wernher de Perloch*, *Liutpolt de Utingen*, *Richer de Plieningen*.

Filiis Iſrael populo adpropinquanti Deo clareſcat, quod quidam ingenuus vir *Nortpertus de Hohenpurch* ſub Abbat. Chuonrado & Hainrico Comite predium ſuum ad Harde ſitum ad altare S. Quir. delegavit, ſeque potenti manu illud dare poſſe iuramento confirmavit eo tenore, ut ſi fratribus inibi Deo militantibus quisquam auferre, & in beneficium cuiquam conferre preſumpſerit, proximus heres aureo nummo predicto altari impoſito ipſum predium poſſideat. H. r. t. ſ. *Oudalric*, *Sigimar*, *Wernher*, *Meginhart de Wachering*, *Tagino*, *Waltman de Uſhovern*, *Albero de Egelingen*, *Gerwich & Wolftregil de Gemunden*, *Albreht*, *& fratres eius Albrich de Elchpach*, *Hartman de Herbrehteshus*, *Walther de Gailingen*.

Univerſis fidei ſancte filiis pateat, qualiter S. Quir. famulus Albero coniugem ſuam Diemout ad altare pred. Mart. obtinuit delegari, quam Diemout cum fructu ventris ſui *Hainricus quidam de Mindelberch*, cuius ipſa fuit ancilla per manum uterine eiusdem femine fratris Waltherii delegandam ad preſcripti Mart. alt.

trans-

transmiſit. Quod & idem Waltherus complevit, primo ſacramentis ſe conſtringens potentem eſſe huius tradicionis. Poſtea delegavit eam ad altare ſepe dicti Martiris pro V. denar. annuatim illic exſolvendis. H. r. t. ſ. *Sigimar de Wackeringen*, *Hartman & filii eius Waltman & Arnolt de Herprehteshus*, *Wolfregil de Richerſpuoren*, *Gebehart de Oſteninne*, *Walther frater ipſius Meribote de Scandorf*.

Omnibus in Chriſto pie viventibus innoteſcat, quod quedam ingenua femina Pertha ſe ipſam delegavit in manum *Oudalrici de Wackeringen* miniſtri S. Quir. delegandam ad altare predicti Martiris, quod idem Oudalricus complevit, delegans eam annuat. pro V. denar. illuc ſolvendis. H. r. t. ſ. *Oudalric*, *Sigimar de Wackeringen*, *Gerolt de Puoſenchaim*, *Ruotpreht de Richerſpuoren*, *Gebehart de Oſtemminne*, *Meginhart de Wackeringen*.

Omnibus vere Iſrahelitis pateat, quod quidam S. Quirini miniſtri *Hainrich de Prunnen* & filius eius Hainrich predium ſuum quod poſſederant ad Pfrumere, delegabant ad altare pred. Mart. pro anime ſue ſuorumque abſolucione. Teſtes per aurem ſunt tracti, *Ruodiger*, *Siboto*, & alii quam plurimi.

Solem iuſticie cunctis intuentibus clareſcat, quod quidam beati Quirini cenſuales unius denarii Reginpolt & Perloch & ſorores cum omni eorum poſteritate ſe transferri petierint in conſorcium V. denarios perſolvencium. Quos annuatim exhibentes ut in ipſo ſtatu permaneant, predii ſui collacione, ſub Abbate *Chuonrado & Comite Heinrico* confirmaverunt. H. r. t. ſ. *Oudalr. Sigimar de Wackeringen*, *Gerwich & Wolfregil frater eius de Gemunden*, *Wernh. Adalpreht de Porterhus*, *Gebehart de Oſtemminne*.

Cunctis divinis cultoribus inſinuandum eſt, qualiter quedam ancilla beati Quir. Mart. ſub *Abbat. Chuonrado*, preeminente

pre-

prepoſiture Richkero, preſidenteque Camerarie Wernherio, et interventu eorundem Ella nomine de Talereuten liberos ſuos Paltwinum, Fridericum, Wolfkerum X. denariis prepoſiture, filiasque Pertham & Adalheidam VI. nummis prediĉte Camerarie exſolvendis ab omni beneficio ſe deliberavit. Quod vero pactum ſi uno ſecundo anno neglexerit, tercio compleat, & ſi aliter fecerint, ſervilem condicionem ſubeant. H. r. t. ſ. per aurem tr. *Sigiboto de Fuſenpach*, *Wernher de Porterhus*, *Gebehart de Oſtimmine*, *Pero de Wolfrathuſen*, *Richer de Egriden*.

Notum ſit cunĉtis fidel. tam preſentibus quam futuris, quod quedam nobilis femina *Mathildt* diĉta *de Chumizdorf* tradidit ſe in manus cuiusdam miniſterialis S. Quir. *Horandi de Puoſenchaim*, ad delegandum ſuper aram prediĉti Mart. pro uno denario annuatim illuc cum liberis ſuis perſolvendo, quod idem Horandus complevit, preſente Chuonrado Abbate, teſtibusque confirmavit, *Wernher de Richerſpuoren*, *Oudalricus de Wachering*, *Gerwich Wolſtregil de Gemunden*, *Hainrich de Egelingen*.

Omnibus Chriſti fidel. tam futuris quam preſentibus ſcriptis & teſtibus innoteſcimus, qualiter Salome & filii eius Haimo & Otpertus conſenſu & manu filiarum eius Rilinde, Liutkarde, & Salome delegaverunt Chuonradum in manum *Gebehardi de Rubelingen* delegandum, quo Dominus *Bruningus* poſtulaſſet. H. r. t. ſ. *Wolſtregil de Nidekke*, & *frater eius Oudalricus*, *Adalbertus* & *filius eius Gebehardus de Praitenpach*, & *Arnoldus Wolſtregil niger*, *Pabo de Elenperch*. Poſtea vero Gebehardus preſcriptus peticione Brunonis iureiurando confirmans delegacionem, Chuonradum delegavit ad altare S. Quir. *iure miniſterialium* in manum Domini Chuonradi Abbat. conlaudantibus & faventibus eiusdem monaſterii miniſterialibus. Huius delegacionis teſtes ſunt: *Oudalr. Meginward*

de

de Wachering, *Gerwich*, *Wolſtregil de Gemunden*, *Siboto*, *Ortwin de Uſhovern*, *Wernher de Louvental*, cum aliis quam plurimis.

Decernendo cunctis fidelibus inſinuamus, qualiter *Herrant Hereburch de Wartenberch* cum filio ſuo Alberone mancipium ſuum Ruodolſum de Chemenaten ad aram B. Quir. delegavit eo ſcilicet tenore, ut annuatim cenſualiter illuc V. nummos exſolvat. H. r. t. ſ. *Sigimar & Oudalrich de Wachering*, *Tagino & Siboto filius eius de Uſhovern*, *Gerwich & oWlſtregil de Gemunden*, *Albrekt & Ebbo de Dorſen*, *Otto de Pachaim*, *Oudalric de Sundendorf*, *Alber de Egelingen*, *Waltman de Uſhovern*, *Horant de Puoſenchaim*, *Gebehart de Tale*.

Univerſis filiis Syon notum ſit, quendam S. Quir. miniſtrum Sibotonem predium ſuum ad Prunnen ſitum ad predicti Mart. aram delegaſſe, & quod huius tradicionis compos foret, iuramento confirmaſſe. H. r. t. ſ. *Richer de Hohenekke*, *Gebehart de Tale*, *Oudalric*, *Sigimar*, *Meginhart de Wachering*, *Ruodeger de Moſen*, *Willibolt de Ollingen*, *Ruotpreht de Richerſpeuren*.

Aqua baptismatis regeneratis inſinuamus, quod quidam ingenuus vir Iaub dictus & filius eius predium ſuum ad Phrumare delegavit ad altare S. Quir. pro ſua, ſuorumque omnium fidelium animarum abſolucione. H. r. t. ſ. *Ruodiger de Aheliten*, *Oudalr. & Sigimar de Wachering*, *Siboto Waltman de Uſhovern*, *Ruotpreht de Richerſpeuren*.

Cunctis fidelibus Chriſti clareſcat, quod quidam S. Quir. famulus de Munichen Dietrich nomine ſervum ſuum Dietricum de Munichen ad aram predicti Mart. taliter delegavit, ut annuatim illuc cenſualiter V. denar. perſolvat. C. r. t. ſ. *Sigimar de Wachering*, *Waltm. Siboto de Uſhovern*, *Siboto de Haurachen*, *Ruotpreht de Richerſpuren*, *Gerwich*, *Wolſtr. de Gemunden*, *Richer de Oſtenminne*.

Notum ſit omnibus per ſecula viventibus, factum eſſe cambium ſub Abbate Tegrinſe Chuonr. & Abbatiſſa de Chiemiſſe Mahtilt pro Pertha ſcilicet cum filio Wernhero & filia Richkart V. nummis annuatim cenſualiter ſolvendis, & è contrario Hademout cum duobus pueris ſuis ſub eadem condicione.

Univerſitati fidelium clareſcat, quod quidam ingenuus vir *Waltchuon de Steinenpach* proprium famulum ſuum Oudalricum in manum *Ruodigeri de Buochin* ad delegandum quocunque idem Oudalricus peciiſſet, delegavit, quod idem Ruodig. fideliter complevit, delegans eum ipſius peticione ad altare S. Quir. pro V. denar. &c. H. r. t. ſ. *Adalram de Algoteshoven*, *Albero de Praitenberc*, *Horant de Puoſenchaim*, *Sigimar de Wachering Albreht de Pfaphenhoven &c.*

Omnes fideles Chriſti aure percipiant, quod quidam S. Quir. famulus Otloch de Fletmaringen rogavit quendam cognatum ſuum Meginhardum ſub teſtimonio fidei ſue delegare predium ſuum ad aram S. Quir. quod idem Meginhardus complevit. H. r. t. ſ. *Siboto de Uſhovern*, *Heinrich de Holzhaim*, *Haimo de Veskenpach*, *Rachewin & Wernher de Aſchaim.*

Cunctis Chriſtum confitentibus inſinuamus, quod quedam S. Quirini ancilla Gunthilt cum viro ſuo Richhardo delegavit ad aram predicti Mart. ſervum ſuum Liutpertum pro V. den. annuat. illic exſolvendis, taliter ut ſi duobus annis neglexerit tercio vero exſolvat. H. r. t. ſ. *Gerwich & Wolftr. de Gemunden*, *Sigimar de Wachering & filius eius Sigimar*, *Waltman & Siboto de Uſhovern*, *Ruotpreht de Richerſpuren*, *Siboto de Hauchrain*, *Richeri de Oſtenminne.*

Diverſitati gencium clareſcat, quod quidam famulus ſancte Marie *Otlieb de Perchaim* cum uxore ſua Imiza & filio unico delegaverit ad aram S. Quirini ſub Abbat. Chuonrado ſervum eorum

Albe-

Alberonem de Hachingen pro V. denar. annuatim perſolvendis &c. H. r. t. ſ. *Sigimar de Wacheringen*, *Oudalrich de Gotzingen*, *Waltman & Siboto de Uſhovern*, *Hartman de Herbrehtshus.*

Sequens deſcriptio omni denuntiat evo, quod quidam Pertholt cum peticione parentum uxoris ſue Iſinhardo & Uzelen de Prunnen delegaverunt in manus cuiusdam Egilolfi ſervum ſuum Oudalricum tali condicione, ut annuatim delegatus ab ipſis ad aram S. Quir. perſolvat V. denarios. H. r. t. ſ. *Wernher*, *Gerolt de Richerſpuren*, *Ruodiger de Puoſenchaim*, *Wernher & Adalpreht de Porterhuſen Wernher de Swaichuſen.*

Omnibus in Chriſto pie viventibus innoteſcimus, quod quidam miniſter S. Quir. *Sigihart de Rutehaim* delegavit in manus *Ekkehardi de Rutehaim* filiam ſuam Irmigardam ad delegandam ad aram predicti Mart. pro V. denar. annuat. illic exſolvendis, & ſi transgreditur V. annos in ſervitutem redigatur. H. r. t. ſ. *Gerwich & Wolſtregil de Gemunden*, *Walther de Herprehteshuſen*, *Hainrich de Porterhuſen.*

Ad preſens & in poſterum Chriſtiana religio cognoſcat, quod quedam ancilla S. Quir. de Hächingen Wigine nomine cum filio ſuo Wernhero delegaverunt ad aram predicti Mart. predium ſuum in eadem villa ſitum taliter ut nunquam alicui in beneficium conferatur. H. r. t. ſ. *Gerwich & Wolſtr. de Gemunden*, *Horant de Puoſenchaim*, *Alban de Saſſenchaim*, *Waltman de Uſhovern*, *Ruotpreht de Richerſpuren*, *Adalpreht de Porterhus*, *Pernhart de Oſtenpergen*, *Liubrat de Prunnen.*

Noticie clareſcat omnium fidelium tam futur. quam preſentium quod quidam miniſter *Ruodiger de Staingove* tradidit in manum cuiusdam ingenui nomine *Wolfoldi de Linten* famulas ſuas Petham &

Irmigardam ad delegandum ad aram S. Quir. Mart. taliter, ut cenſualem condicionem annuatim illuc perſolvant. H. r. t. ſ. *Meginhart de Wachering, Tagino & filius eius Siboto de Uſhovern, Ruotpreht de Richerſpuren, Waltman de Veskenpach.*

Sequenti ſubſcriptione univerſo popūlo ad propinquanti Deo & filiis Iſrael nunc & ſemper notificamus, qualiter quedam nobilis femina *de Linten* nomine *Richpurch* delegavit ſe ad altare S. Quir. Mart. cum pueris ſuis *Meginhardo, Mahtilt* ac *Gertrudt*, inſuper cum omni poſteritate eorum pro annuatim illic V. denar. cenſualiter exſolvendis. H. r. t. ſ. per aurem tracti, *Wolfolt de Linten, Tagino & filius eius Siboto de Uſhovern, Ruodiger de Staingove, Meginhart de Wachering Ainwick de Porterhus. Ruitpreht de Richerſpeurn, Albreht de Porterhus.*

Univerſitati fidelium tam ſpiritualium quam ſecularium innoteſcimus literis & teſtibus ſubſcriptis, qualiter Abbas Skirenſis aſſenſu & conſilio fratrum ſuorum in preſencia Palatini Comitis *Ottonis* Advocati ſui delegavit predium Pettingen dictum in manum *Alberonis de Starcholteshoven* ad delegandum condicionaliter ad altare S. Quiryni patroni noſtri pro quatuor talentis & ſexaginta denariis. Idem vero Albero redimendo fidem ſuam tradidit predictum predium in manus Chuonradi Abb. ad ſuſtentaculum militancium Deo in loco preſcripti Martiris. H. r. t. ſ. *Sigimar & filius eius de Wachering, Horant, Wernher & filius eius Ruotpreht de Puſenchaim, Tegino & filius eius Siboto de Uſhovern, Friderich de Porterhus, Waltman de Herprehteshus.*

Clareſcat beatis fonte & fide in Chriſto regeneratis, qua racione *Hainricus de Prunnen* manu filii ſui Hainrici Ieroſolimam ire volentis pro V. talentis & remedio animarum ſuarum delegaverunt predium Pfrumere ſitum ad altare S. Quir. confirmantes teſtibus

bus ſubſcriptis nullo beneficio a quolibet Abbate poſſe alienari. H. r. t. ſ. *Oudalricus*, *Wernher*, *Sigimar & filius eius Sigimar de Wacheringen*, *Meginhart de Riet*, *Gerwich & Wolftregil de Gemunden*, *Horant*, *Wernher de Puoſenchaim*, *Albrecht*, *Siboto*, *Wernher*, *Ainwich de Porterhus*.

Noverint Eccleſia Chriſti tam preſentis temporis quam futuri, qualiter quedam Riziwib cum eſſet ex familia S. Quir. marito illius Gaminolfo renunciante ſeculo iniuſta tradicione ad ſe non pertinente proprios famulos prediĉte mulieris Brunonem & Gruuonem cum Adelheida & eius liberis ad monaſterium, quo ipſe *ſeculo* renunciavit, & ex cuius familia fuerat, contulerit. Sed nutu & conſenſu Salzpurgenſis Archiepiſcopi Eberhardi, nec non iudicio Advocati *Hainrici de Hegilen* in ſervitutem prefati monaſterii, unde iniuſta tradicione abalienati fuerant, reſtituti ſunt, populo eiusdem civitatis preſente, teſtimoniumque ſuper hac re nunc & in futurum ſpondente.

Chriſti & Eccleſie teſtimonio confirmamus, & poſteris noſtris omnibus iuſte & pie viventibus pronunciamus, qualiter nobilis homo *Otto de Steine* predium ſuum Hirzduri ſitum delegandum ad alt. S. Quir. *Alberoni de Starcholteshoven* contradidit, qui ipſo in peregrinacione iura morti ſolvente, fideliter complevit. H. r. t. ſ. *Sigimar de Wachering*, *Wernher & filius eius Ruotpreht de Puoſenchaim*, *Gerwich de Gemunden*, *Walther de Hereprehteshus*, *Egilolf de Ellocer*.

Cunĉtis diligentibus Deum pateſcat nunc & in evum, quomodo *Ruodolfus de Tale* predium Holzheim ſitum ſibi a nobili homine *Hainrico* delegatum ipſo petente ad alt. S. Quir. delegavit tali condicione, ut idem Heinricus de eodem predio annuatim perſolvat X. denarios, & ſic eosdem teſtibus & literis redimat

 con-

confirmatos. H. r. t. ſ. idem *Heinricus*, *Pernhart de Ainhertingen*, *Ruotpreht*, *Waltheri*, & alii quam plures.

Nunc & in perpetuum noticie commendamus fidelium, quod quidam ingenuus nomine *Albero de Morlenbach* delegavit ancillam ſuam Tutam, & filiam eius de Pagingen in manus cuiusdam ingenui viri *Ottonis de Iringisburch* ad delegandum ad aram S. Quir. Mart. qui Otto proficiſcens Ieroſolimas delegavit eosdem in manus cuiusdam *Oudalrici regni Miniſtri de Peringen*, ſub teſtamento ſibi ab Alberone predicto iniūncto ad delegandum ad aram predicti Martyris tali condicione, ut annuatim exſolvant inibi V. denarios, qui hec complevit. H. r. t. f. *Albero de Egilingen*, *Ruotpreht de Richerſpuren*, *Sigiloch de Hohenrain*, *Hainric de Raine*, *Walther de Heriprehteshus*, *Albreht de Porterhus*, *Heinricus de Oſtenminne*, *Heinrich & Dietrich de Pagingen*, *Hartwic de Uſchirchen*.

Sub teſtimonio Chriſti & Eccleſie confirmamus, ac omni poteſtati noſtre pronunciamus, quod peticione Chuonradi Abb. & auxilio Advocati *Heinrici* coram Rege Chuonrado in regali iudicio preſidente iuſto iudicio redigerunt quandam famulam S. Quir. Azala nomine, & pueros eius Dietrich, Heinrich, Eberhart, Gepa, Hadewic, & Giſilinelt a quodam *Ottone de Moſen* eo tenore, ut annuatim ad aram predicti Mart. V. denarios exſolvant. Qui Otto iniqua poteſtate predictam familiam ſubegerat dominio, & huius rei teſtes ſunt: *Chuonrat & Dietrich de Sickinhuſen*, *Gotſcalch de Grunirshuſen*, *Herwart de Varnolteshuſen*, *Humpreht de Rinchpach*, *Wiſin de Flizingen*, *Pernhart de Iſinpach*, *Waltchun de Pallenhuſen*, *Liute de Talehuſen*.

Omnibus in ſinu matris eccleſie collectis liqueſcat, quod quedam nobilis matrona Elena predium ſuum Solare ſitum tradidit in manum Ruotperti Miniſtri B. Quir. delegandum ad altare predicti

dicti Mart. pro anime ſue & mariti & filii ſui abſolucione, quod idem Ruotpertus complevit tali condicione ſicut & ipſe acceperat ipſam delegacionem confirmavit, ut ſi cuilibet hominum in beneficium, & non ad uſum fratrum conferatur per proximum heredem ipſum predium recipiatur. H. r. t. ſ. *Oulrich*, *Sigimar*, *Meginhart*, *Altman de Wackeringe*, *Horant*, *Horant*, *Wernher*, *Heinricus de Puoſencheim*, *Gerwich*, *Wolfter de Gemunden*, *Gotfrid de Perge*, *Richer de Hohenekker*.

Sancte matris ecclesie participantibus nunc & in perpetuum innoteſcat, quod quedam matrona *Bertha de Stainhart* tradidit in manus *Alberonis de Hohenekke* quedam mancipia ſua Diemontam & Sigifridum filium eius de Tullingen, ad delegandum ad aram B. Quir. Mart. quod idem Albero complevit, preſente filio eiusdem matrone *Heinrico* nomine ea condicione, ut annuatim ad aram predicti Mart. cenſualiter V. denarios perſolvant. H. r. t. ſ. *Wernher de Richerſpuren*, *Albero de Egilingen*, *Hainrich de Tanchirchen*, *Haimo de Perthesrameshoven*, *Albero de Egrin*, *Wiſint de Eberſperch*.

Ordo ſentenciarum diligenter poſteritati noſtre eſt inſinuandus, quod preſente Chuonrado Abbate quidam miniſterialis vir beati Quiryni *Meginhart de Gewoichingen* peticione *Sigibotonis de Pacharn* ad aram predicti Mart. delegavit ancillam eius nomine Bertham eo ſcilicet tenore, ut annuatim ille cenſuali condicione V. denarios exſolvat. H. r. t. ſ. *Wernher de Richerſpuren*, *Rahewin de Aſchaim*, *Sigimar & filius eius de Wackering*, *Gebehart de Oſtenmine*.

Graciam predeſtinacionis Dei in unitate eccleſie receptis, & in cultura vinee Dei Sabaoth per fidem operantem dilectionem elaborantibus ſub ſcriptura teſtificata idoneis teſtibus comprobantes, qualiter ſub Chuonrado Abb. & *Comite Hainrico* quidam Mini-

ni-

hiſter S. Quir. *Sigihart de Rutehaim* commendavit in manus *Ekkehardi de Rutehaim* mancipia ſua, Diemout cum filiis ſuis Sibitone, & Werigant, & unica filia eius Richkart ad delegandum ad aram predicti Mart. eo tenore, ut annuatim illuc V. denar. ſub cenſuali condicione exſolvant. H. r. t. ſ. *Sigimar de Wachering*, *Uudalr. Gerw. Wolftr. de Gemunden*, *Wernher de Swaichus*, *Siboto de Loufentale*, *Oudalric de Herbrehteshus*.

Generalitati chriſticolarum non ambigendum eſſe deſideramus, quod quidam *Megingoz de Ehinminen* commendaticium ſibi ſervitorem de Ehinminen Eberhardum nomine delegavit cenſualiter ad aram beati Quir. Mart. & ſi IIII. annis neglexerit, nec ſubpleverit, ſervitutem ſubeat. H. r. t. ſ. *Sigimar*, *& Oudalric de Wachering*, *Gerwich & Wolftregil de Gemunden*, *Walther & Oudalric de Herprehteshus*.

Univerſitati fidelium tam preſencium quam futurorum innoteſcimus, qualiter miniſterialis Eccleſie noſtre *Gerwicus de Swinperc* ancillam ſuam nomine Engilpurgam, quam a nobis in beneficium acceperat, nobis ea condicione cum liberis ſuis Geroldo, Alberone, Pertha, Diemouth reſignavit, ut nulli hominum omnino per nos, neque per ſucceſſores noſtros in beneficium tradantur, ſed iam dicta mulier cum prefatis liberis, & cum omni poſteritate ſua ad cameram noſtram maſculi X. femini VI. denarios annuatim perſolvant. Si autem duobus annis neglexerint, tercio redimant. Et ut hec lex eis firma & inviolata permaneat, ſigilli noſtri confirmacione inſignimus. H. r. t. ſ. *Albero*, *& Gebehard de Hohenpurch*, *Ruodolf de Waldecke*, *Pernhardus & frater eius Gozwinus de Chirchaim*, *Otte de Aſcheringen*, *Hainricus de Scallenchaim*, *Sibrant de Hartpenzigen*, *Eberhardus de Valeia*, *Wolftregil de Oſternperge*, *Nortpertus de Porterhus*, *Wernherus & Gebolf de Loufental*, & alii quam plures.

Sum-

Summe Syon ad arcem tendentibus, eamque iam ſpe incolentibus innoteſcimus, quod quidam ingenuus vir *Geholfus de Vagene* predium ſuum ad Waite ſitum, per manum Chuonradi Abb. & Hainrici Comitis, ad alt. B. Quir. M. delegavit, quod fratri ſuo *Oudalrico* uſu fructuario ad tempus vite ſue ſervire conſtituit, eo pacto, ne civilibus in beneficium penitus conferatur, hoc ſi, quod abſit, fiat proximus heres poſſideat. H. r. t. ſ. *Albero de Homecke, Wolteshuon de Egilswanch, Oudalrich, Sigimar & filius eius Sigimar de Wachering, Gerolt, Wernher de Richerſpuren, de Miniſtris Heinrici Comitis, Hainrich de Scallichaim, Hainrich de Tanchirchen & filius eius Sigibant, Pernhart de Tale, Wolfiregil & Gerwich de Gemunden.*

Populo adpropinquanti Deo, & in fonte baptiſmatis debitum future dampnacionis ſine nube caligacionis omiſſis inſinuamus, quod quidam miniſterialis *Comitis Gebehardi de Sulzpach*, *Richeri* nomine *de Schoenouwe*, propriam ancillam ſuam Mahtildam ad aram B. Quir. M. delegavit pro V. denar. cenſualiter annuatim illuc exſolvendis, & ſi in uno vel tribus annis neglexerit, quarto ſuppleat, aut ſervilem condicionem ſubeat. H. r. t. ſ. *Gebolf de Pergen, Siboto de Puolocheſpach, Ruotpreht de Richeſpuren, Richker & frater eius Etich de Hoenrain, Hainrich de Holzen, Heribort de Schaftloch.*

Mortiferum virus opace legis baptiſmaliter excluſum, Chriſti fidelibus elucidamus, & intellecta carnalis litere vomere ewangelici verbi dumorum evulſoribus intelligere ſubſcripta notificamus. Ex quibus multi, quaſi ewangelici oratores dando ſua Domino locupletes extiterunt, & iſte pauper miniſterialis beati Quiryni Hainricus nomine de Puoſenchaim meſſorium fidei corde retinuit, Oudalricum, & Geroldum filios ſuos & Hademuot

filiam ſuam ad XXX. denarios exſolvendos annuatim camerali ſervituti predicti patroni veluti manipulum meſſuit. Ceteros vero natos Hainricum & Wernherum atque Albanum prepoſiture dignitati ſubegit, & tale beneficium, quod in loco prenominato Puoſenchaim poſſederat, eis in beneficium collocavit, tali tenore, ut annuatim preſcripte prepoſiture V. modios avene, unam & ovinalem victimam ſubſerviant. Huius rei adteſtatione & confirmacione per aures ſunt teſtificati: *Horant & Wernher de Puoſenchaim, fratres, Sigimar & Oudalrich de Wachering, Gerwic & Wolftr. de Gemunden, Ruotpreht de Richerſpuren, Albreht & Wernher & Aimwich de Porterhus, Horant & Gebehart de Oſtenmine.*

Sacramentis abolitis aquis Iordanicis ſancitis, vieiis, inimicisque eorum cum Pharaone mare rubro obrutis, virtute ſignaculoque trinitatis redimitis innoteſcimus, quod quidam vir dictus *Arnolt de Luzelenſteten* tradidit in manus *Pernhardi de Ruote, & Oudalrici de Hartchirchen* delegandum ad aram B. Quir. ſcilicet Ottonem & Rapotonem fratres una cum matre eorundem Hailka & ſorore Gerdrut ad Arnisriet ſita, eo ſcilicet tenore, ut ad aram predicti Mart. V. nummos cenſualiter annuatim exſolvant, & ſi uno aut &c. H. r. t. ſ. *Oudalrich de Hartechirchen, Ruotpreht de Richerſpuren, Gebehart de Oſtenminne, Siboto de Stainprucke, Albero de Egiren, Albreht de Porterhus, Albero de Pouchperch.*

Omnis ordo baptizatorum aure cordis percipiat, & preſentibus ſeu futuris intimare non negligat, qualiter Albero S. Qui. ſervus obtinuerit delegari uxorem ſuam Diemout nominatam ad alt. predicti Mart. Hanc itaque *Hainricus de Mindelpurc*, cuius fuit ancilla, poteſtativa manu delegavit *Oudalrico de Wacheringen* in preſencia *Hainrici Comitis de Wolfrateshuſen* tradenda, quo pacto illa voluerit ſancto Martyri. Ipſa vero prout illa petivit ad aram ſepe dicti Mart. preſente Chuonrado Abb. pro V. denar. ſe

cum

cum omni poſteritate ſua annuatim perſolvendos tradidit. H. r. t. ſ. *Gelolf & frater eius de Perge, Oudalricus de Hohenrain, Nortpreht de Sentlingen, Sigimar, Wernher, Meginhart de Wacheringen, Tagino & filius eius Siboto de Uſhovern, Albero de Egilingen, Wernher, Amnich, Albreht, Hainricus, Chuonrat de Portershus. Sigiloc, Rieker de Scaftlock, Ruotpreht & Oudalricus de Richerſpuren, Albero de Hohenekke, Hainricus prefatus de Mindelburc, Hainricus de Schaftlachaim.*

Univerſis Chriſti & Eccleſie Sacramentis participantibus innoteſcimus, qualiter Arnoldus nomine dictus de Luzenſten, in manus *Pernhardi de Rate* mancipium ſuum Ruodolfum de Aſpach tradidit, eo ſcilicet tenore, ad delegandum ad aram B. Quir. M. annuat. illic X. denar. exſolvendis, quod & ipſe complevit. H. r. t. ſ. *Albero de Egilingen, Oudalric de Uſhovern, Gotfrit de Veſkenpach, Gerolt de Vinſterwalde, Eberhart de Suaites, Oudalſcalch de Rate.*

Omnis ordo baptizatorum tam preſentium quam futurorum aure cordis percipiat, & teſtibus confirmata iſta omni evo poſterorum intimare non negligat, qualiter Gotfridus ſacerdos miniſterialis S. Quir. Oudalricum in beneficio ſuo degentem a ſervili condicione in ius cenſualium V. denariorum ad altare prediſti Mart. ab Abb. Chuonrado, conſenſu *Hainrici* Advocati, preſentibus & faventibus fratribus, indiſſolubiliter obtinuit, & teſtibus ſubſcriptis confirmavit, quorum nomina ſunt: *Oudalrick, Sigimar, Meginhart de Wacheringen, Gerwich & frater eius Wolfregil de Gemunden, Hainric de Puoſenchaim, Hartman de Herprehteshus, Ruotpreht de Richerſpuren, Gebehart de Oſſenmünz, Hainr. & frater eius Chuonrat de Porterh. Siboto de Fuolenpach.*

Animadvertant omnes Chriſticole tam in iſto quam in futuro tempore, quod *Sigihardus* nobilis homo *de Hachingen* predium,

quod poſſederat in eadem villa, delegavit in manum Oſtergeri ad delegandum ad altare S. Quir. Mart. in uſum fratrum illic Deo ſervieneium, tali tenore, ne ullo modo poſſit divelli a ſervicio ſupra dictorum per aliud beneficium. Predictus vero Oſterger fideliter complens ipſius deſiderium, idem predium in manum Chuonradi Abbat. & Taginonis miniſterialis ad altare ſupra dicti Mart. poſt mortem *Alarun Sigihardi* legitime uxoris, delegavit. H. r. t. ſ. *Gerwich, Wolfstreg. de Gemund. Hartman & filius eius Arnolt, Wernher de Herprehteshus, Albreht, Chuonr. de Porterhus. Gebehart de Oſtenminne, Oudalrich, Engildie de Uſhovern, Oudalr. de Richerſpuren, Marchwart de Hachingen.*

Cunctis fidelibus Chriſti deſideramus eſſe in propatulo, qualiter *Albero de Egilingen* Dietfridum & Altonem de Gourichingen delegavit, prout poſtulaverant, ad altare S. Quir. Mart. pro V. denar. illuc annuatim perſolvendis, tali condicione, ſi duobus annis neglexerint, in tercio redimant, ſi non quarto, ſervilem legem ſubeant. H. r. t. ſ. *Oudalr. Sigim. de Wacheringen, Meginhart Richeri de Gourichingen, Hainric de Raine, Hainr. de Tretemuzil, Fridenich de Giſingen.*

Filiis Iſrael populo adpropinquanti Deo liqueſcat, quandam B. Quir. miniſterialem Reginlindam de Ollingen filios ſuos tali mancipaſſe obſequio, ut ſi quid in eis maſculinum fuerit, X. denarios in Cameram Domini Abbatis, femine vero V. ad predicti Mart. altare ſingulis annis perſolvant. Hee autem condicio ut rata ſemper & indiſſolubiliter exiſtat, in preſencia venerandi Abbatis Chuonradi tempore Comitis *Hainrici* multis hoc approbantibus affirmatum, quorum nomina hec ſunt: *Sigimar & filius eius Sigimar, Oudalrich, Meginhart de Wacheringen, Wernh. & filius Ruotpertus de Richerſpuren, Sibote & filius de Louſental, Albreht de Porterhus.*

Diver-

Diverſitati gencium nunc & deinceps in mundo pie viven-cium ſignificamus ſcriptis & teſtibus, quod quedam femina Hiza de Welinchaim delegavit ſua mancipia cuidam nobili viro *Ougoni*, Heinricum, Irmingardam, Pertham, Mathildam ad delegandum ad altare S. Quir. pro V. denar. annuatim perſolvendis Predictus vero *Ouge de Pruttingen* eadem mancipia delegavit in manum Chuonradi Abbat. ad altare ſupra ſcripti Mart. H. r. t. ſ. *Sigim. Oudalr. de Wacheringen, Iagino & filius eius Siboto de Uſkovern, Albreht, Wernher, Ainwick de Porterkus. Gerwic, Wolſtreg. de Gemund*, & alii quam plures.

Poſteritati gencium clareſcat, qualiter *Oudalric de Swinesdorf, & Engilpero de Tanna* predium eorum ad Pehaimesdorf ſitum ad aram B. Quir. delegaverunt, & teſtificatione ſubſcriptorum nominum teſtificati ſunt, qui eciam per aures tracti ſunt: *Albreht de Abenperch, Oudalr. & Sigim. de Wacheringen, Gerw. & Wolftr. de Gemunden, Sigibolt de Ratprehtesdorf, Siboto de Ouwartesdorf, Eberhart de Hegilinnesdorf.*

Noticie commendamus fidelium, quod famula Dei Willipirch de Swindach ad aram B. Quirini Mart. cenſualiter delegavit ancillam ſuam nomine Azilam de Swindach eo ſcilicet tenore, ut V. denar. annuat. exſolvat ad aram predicti Mart. quod ſi IV. aut tribus annis contempſerit, ſervilem ſervit. ſubeat. H. r. t. ſ. *Oudalric de Ouwa, Rickker, Wolfolt, & Ainwich de Swindach, Reginpreht Parrochianus de Swindach.*

Militantibus ſub regimine Chriſti culture & preſtabilitatis tenore animadvertendum eſſe notificamus, qualiter quedam ingenua femina Mahtilt de Argarten mancipatione delegacionis in manus *Oudalrici de Wacheringen* miniſterialis B. Quirini tradidit. Quo acto ipſa predicta Mahtilt peciit ſe ad preſens delegari ad aram ſupradicti Mart. annuatim illic cenſualiter V. denarios exſolven-

 dos,

dos, & ſi tribus annis neglexerit, quarto ſuppleat, aut ſervitutem ſubeat, quod Oudalricus ſtatim complevit. H. r. t. ſ. *Sigimar & Hainr. de Wacheringen, Ruotpreht de Richerſpuren, Walther de Rocholfesdorf, Gerw. & Wolfir. de Gemunden, Wernher & Liutpolt de Porterhus. Gebehart de Oſtreminne, Ruodiger de Loufental, Hartm. de Herpreiteshus, Gozmunt de Gemunden, Oudalr. de Richerſpuren.*

Agnoſcant omnes tam futuri quam preſent. qualiter *Oudalſchalck de Uffelndorf* molendinum ad Oetenpach delegavit ad altare S. Quir. pro remedio anime *Comitis Heinrici* eiusdem loci advocati, taliter ut Ekkehart de Tanchirchen de eodem annuatim VI. denarios eidem Martiri perſolvat, & poſt mortem eius, abſque omni contradictione heredum, in ſervicium fratrum pertineat. H. r. t. ſ. *Idem Oudalſchalcus, Heinricus & filius eius Ekkehart, Oudalricus de Nidergeltingen, Chuonrat & filius eius Siboto, Richer de Porterhus. Oudalrich de Ufhovern, Albero de Egerden.* Iſti ſunt teſtes, qui per aurem tracti ſunt coram preſide *Pertholdo ſuper predium Alraines, Perthold & Chuonradus Preſides, Hartman de Willibuergeriet, Oudalſcalch de Uffelndorf, Hartwic de Stainbach, Adalpertus & frater eius Chuonradus de Iringeſpurc, Albero de Hohenpurc, Albreht Zolle, Otto de Aſcheringen, Oudalric de Hohenrain, Ruodolf de Waldekke, Sigim. & Oudalr. de Wacheringen, Ruotpertus de Richerſpeurn, Ludewic de Hohenrain, Gottſcalch Palze, Oudalric de Unigen, Heinrich de Pruole,* acta eſt proteſtacio iſta in feſto S. Nicolai in urbe Wolfrathuſen.

Generalitati fidelium ſpiritum vite habencium liqueſcat, quod quidam preclare indolis *Comes Hainricus de Wolfrathuſen* predium ſibi hereditarium Alraines dictum, in manus cuiusdam ingenui viri *Gotafridi de Anchdorf* delegavit, & ut ipſum predium in alt. B. Quir. Mart. pro ſue ſuorumque parentum anime redemptione con-

contraderet, poſtulavit, ut quicquid per occupacionem rei ſecularis vel diverſis exceſſibus in predicti Martiris cenobio, cuius idem Comes Advocatus extiterat, deliquiſſet, ipſius predii oblacione, quod cum adteſtacione ſubſcriptorum contulerat, Deo & S. Martiri reconciliari potuiſſet. Nomina autem eorum hec ſunt. *Hartwicus Prepoſitus de Diezze & Canonicus eius Ruodeger de Pulenperch, Waltekicon de Staine, Oudaſcalch de Uffendorf, Arbo de Antdorf, Oudalrich de Wacheringen, Hainr. de Schallenchaim, Ulfwin de Niwaren, Egilolf, Ortolf de Helzen & frater eius Gotpolt, Rapoto & Leo de Wolfrathuſen, Heinric de Seiwen, Gozwin de Chircheim, Oudalric de Sollen, Oudalrich de Puppilingen, Gotepolt de Vorhach, Lazarus de Roſſoltperge, Ortolf & frater eius Oudalr. de Anchdorf, Egilolf de Teideswanch, Pernhart Flaske, Gerolt de Gambs.* Predictus vero Gotafridus, iuxta peticionem & Comitis iuſtam delegacionem, hoc ipſum rogante Pertholdo preſide eiusdem ſucceſſore cum omnibus appendiciis queſitis & inquirendis, paſcuis, pratis, molendinis, armentis, alpinis ſeu novalium extirpacionem & que beneficio diſtracta fuerant, ſeu omnibus utilitatibus, que aliquando ad ipſum predium adtinebant, ad aram ſepedicti Martiris delegavit, eo tamen tenore, ut ſiquid uſui fratrum Deo illic militancium ſubtractum cuilibet inbeneficiaretur, proximus heres, dato aureo, ipſum poſſideret. H. r. t. ſ. *Ricker & frater eius Albero de Hohenpurch, Aribo de Antdorf, Nortprekt de Sentlingen, Oudalr. Sigimar, & filius eius Sigim. Siboto, Meginhart de Wacheringen, Hartman, & filius eius Wernher, Gerwic, & Wolftreg. de Gemunden, Sigiloch, Richker, Etich de Schaftloch, Wernh. Hainr. Albero de Raine, Ruotprekt de Richerſpuren, Oudalric de Uſhovern, Gebehart de Oſtenmimne, Gebehart de Chunizdorf.*

Omnis ſexus & etas, qui huius ſeculi continet metas, aure cordis percipiat, & in futurum diſcernat, qualiter miniſterialis

Hein-

Heinrici Comitis de Wolfrathuſen Graman de Holzhuſen propriam ancillam ſuam Irmingardam cum filio ſuo Hermanno & filiabus ſuis Giſila, Adelhaida, Irmingarda, Mathilda delegavit ſuper altare S. Quir. eo tenore, ut annuatim V. denar. perſolvant, ſi autem tribus annis neglexerint quarto redimant, ſin autem, ius ſervile ſubeant. H. r. t. ſ. *Meginhart de Pernecke, Herman de Vendenpach, Oudalrich de Nidergeltingen, Wolftrigil & Gerwich de Gemunden, Wernher & Luitpolt de Porterhus, Richker de Scaftloch, Hainricus de Raine, Heinric de Riet, Sigim. & Siboto de Wachering, Waltman, & Tagino de Ufhovern, Albero de Egelingen.*

Num. X. Sub Abbate Ruperto. An. 1154 - 1186.

Fonte baptiſmatis regeneratis perpetualiter inſinuandum decernimus, qualiter Parmannus S. Quir. quidam *Oute* dictus *de Geilingen* ſervilia mancipia ſua ab ancilla progenita in manus fratruelis ſui Ludolfi ad delegandum ad aram predicti Mart. tradidit. Ipſe vero *Ludolfus* poſt obitum ſupra dicte ancille delegavit ea mancipia ad Moſpurch ſita, in conſpectu Ruotperti Abbatis, ad altare ſepedicti Mart. eo tenore, ut annuatim ſinguli quique eorum V. nummos inibi cenſualiter exſolvant, & ſi uno anno neglexerint, ſecundo compleant, quod ſi tercio neglexerint, ſervili condicioni ſubiaceant. Noticiones vero nominum illorum ſunt. Wernhart, Hartwic, Frideric, Dietric, Hailka & filia eius Richkart. Huius delegacionis teſtes ſunt *Sigimar de Gotzingen, Oudalric de Uſhovern, Gebehart de Oſtenminne, Siboto de Porterhus. Liebart de Egilingen, Dietpolt de Weſtenſe.*

Univerſis filiis matris eccleſie innoteſcimus, quod quedam miniſterialis femina S. Quir. Herburch dicta proprium ſervum ſuum Sigihardum tradidit in manus cuiusdam miniſterialis Egilolfi & Liutradi ſervi Mart. predicti ad delegandum ad aram eiusdem, tali condicione,

cione, ut ſingulis annis V. denar. perſolvant &c. quod idem Egilolfus & Liubradus ſubſcriptis teſtibus compleverunt, quorum hec nomina ſunt, *Oudalr. & Sigimar de Wachering, Albert. & Liutpoldus de Porterhus. Ricker de Owve*, & alii quam plures.

Omnium fidelium noticie pateat, qualiter *Egilolfus de Prunnen* miniſterialis S. Quir. pro remedio anime ſue & parentum ſuorum tale predium, quod habuit in eodem loco Prunnen, tradidit in manum Heinrici nomine Holzman, tradendum ſuper altare prenominati patroni noſtri ea condicione, ut ipſa bona partim in vita eius partim poſt mortem deſerviant cenobio ad hoſpitale. H. r. t. ſ. *Gundelprekt de Hartpenigen, Richer de Piburc, Iſinhart & Dietric de Prunnen, Eberhart de Hohenchirchen, Liubrat Iuvenis de Prunnen, Wernher de Vinſterwalde, Oudalricus de Funſingen.* Heinricus itaque in cuius manum ipſa predia delegata fuerunt, tradidit ea ſuper aram S. Quir. abſque omni contradicione, ſub preſcripta condicione. Huius ſecundarie tradicionis teſtes auriculatim attracti ſunt, *Albero de Hohenpurc, Otto de Nuzdorf, Ruotpreht de Louchpach, Chuonrat de Merſinchoven, Ruotpreht de Richerſpuren, Meginhart de Wachering, Gerwic & Wolftregil de Gemunden, Wernher de Swaichus, Heinricus de Wolfrathuſen & frater eius Chuonrat, Richer & Chuonrat de Porterhus, Ulrich de Uſhovern, Chuonrat de Wachering.*

Cunctis filiis Matris Eccleſie notum eſſe cupimus, quod quedam ancille S. Quirini Adalheit & Selint ſe Abbati Routperto & Wernhero Camerario preſentaverunt, & iuſticiam ſuam coram ipſo & fratribus & miniſterialibus eiusdem loci obtinuerunt: ea ſcilicet conditione ut poſteritas earum VI. denarios Camere fratrum annuatim perſolvant, & ſi duobus aut tribus annis negligant, quarto ius ſervile ſubeant. Sed ne eos aliquis inbeneficiari aut iuſticiam illorum infringere poſſit, ſubſcriptis teſtibus & ſigilli noſtri in-

impreſſione confirmamus. H. r. t. ſ. *Sigmarus & filii eius Sigiboto & Sigimar de Wacheringen, Hartman & filius eius. Arnold de Herbrechteshuſen, Gerwich & Wolftregel de Gemunden.*

Omnibus fidelibus Chriſti notum eſſe cupimus, quod quidam miniſterialis S. Quir. *Gerwicus de Swinperch* propriam ancillam ſuam Liutkart cum omni poſteritate ſua tempore Routperti Abb, & Pertoldi Comitis ad aram predicti Martiris ad V. denarios annuatim illuc perſolvendos delegavit eo pacto, ut ſi uno anno debitum cenſum dare diſſimulaverint, ſecundo & tertio redimant, quod ſi tertio neglexerint, in ſervicium fratrum deputentur. H. r. t. ſ. *Wolftregel de Gemunden, Wernher & Chounradus de Porterhus, Hartman & filius Arnold de Herbrechteshuſen, Wernher de Swaickus, Adalbero & frater eius Wernherus de Pouchperch.*

Ego Routpertus Dei gracia Tegerinſens. Abbas diverſis rerum providens eventibus, & dilecte congregationis intendens utilitatibus, univerſitati fidelium tam preſentium, quam futurorum inſinuo, quod Wernherus Camerarius & ſacratiſta huius monaſterii de Vounſingen tria predia comparavit, unum ab Alberone Sacerdote de Waringou pro V. talentis quod in Walde ſitum eſt, aliud a Walchuno de Gemunden, & liberis ſuis pro quatuor talentis, tertium a Sigihardo Scharf & filiis ſuis pro IV. talentis, que apud Swinperch ſita ſunt, conſilio & conſenſu noſtro ac totius congregacionis ſtatuens, ut ex his in conceptione ſancte Dei Genitricis Marie cum errogacione elemoſinarum fratribus caritas annuatim perſolvatur. Preterea alia tria predia pro amore S. Patris noſtri Benedicti comparavit, unum a monaſterio Sewen pro X. talentis, quod in Stouhahe ſitum eſt, & aliud ad Hainrichesprunen, quod comparatum eſt a Ludewico cenſuali S. Quir. & uxore eius pro IV. talentis, tertium ad Furt, a quodam ingenuo viro

pro

pro IV. talentis, cum quibus Baſilicam predicti confeſſoris, quam & ipſe in Latere monaſterii fabricavit, devote dotavit, ſtatuens ut in huius Baſilice dedicationibus largiciones Elemoſinarum pauperibus, & ſervicium fratribus ex his tribuatur. Et ut he inſtitutiones infinitis temporibus convaleſcant, & apud ſucceſſores noſtros maiorem firmitatem habeant, harum literarum atteſtatione iuſſimus eas notari. Hic etiam ſacratiſta factus theſaurum Eccleſie, quem invenit, quatuordecim cappis coccineis auxit, & una dalmatica intexta auro per totum, & una caſula, & uno calice, & una columba & duabus tabulis & duabus crucibus liquati operis & deauratis.

Noverit unitas fidelium, qualiter Ruotpertus Abbas Tegrinſenſis Oudalricum, Hartliebum, Chuonradum, & materteram eorum Pertham cum ſobole ſua & filiis ac filiabus Liutkarde alterius matertere defuncte ad hoc ius permiſit, ut cenſum beato Quirino debitum annuatim pro ſe offerant, nec ulli laicali camerario eum deferant, ſed per Oudalricum prenominatum, aut per quemlibet ipſorum vel eiusdem cognacionis per ipſos cenſum ſuum ad altare transmittant. Quod ius bono & devoto ſervicio obtinuerunt ab Abbate coram fratribus & miniſterialibus, quorum nomina hec ſunt: *Alban de Riehexſpuren, Siboto de Porterhus, Liwis filius eius, Richer filius fratris eius, Sigifridus filius Pilgrimi de Preſingin.*

Inſinuamus cunctis tam futuris quam preſentibus, qualiter Wernherus Camerarius annuentibus Chuonrado & Ruotperto Abbatibus & univerſis fratribus predium Hohenſtein cum poſſeſſore eius Wezelino, & cunctis poſteris ſuis, & aliud predium Praintenruote cum univerſis ad idem coemptis, itemque predium Nahsale & curtim pecudum Aſchkouwe, & quecunque ad ea pre-

cio conquiſivit, cultis & incultis, queſitis & inquirendis ad obediencíam camere detinuit, eo ſcilicet tenore, ut quisque poſſeſſor eius duo exinde ſervicia fratribus cum elemoſinis pauperum annuatim exhibeat, unum quidem in dedicatione Eccleſie S. Iohannis Ewangeliſte; aliud vero in translacione ſancti Chriſogoni Mart. Idem vero Wernherus manſum unum Prunnen, & unum dimidium Phrumere coemit, ex quibus duos modios in anniverſario Domini Alberti, itemque duos in anniverſario Domini Otkeri, & duos in recordacione fratrum in elemoſinam pauperum dari diſpoſuit. Inſuper eciam in memoria pie recordacionis Abbatis Chuonradi XXX. panes elemoſine addere ſtatuit. Et ne hoc ſtatutum aliquis infringere audeat, a predictis patribus noſtris per vinculum anathematis firmum eſſe obtinuit.

Clareſcat omnibus Deum timentibus tam futuris quam preſentibus qualiter Richerus prepoſitus manu filiorum ſuorum Adalberti, Sibotonis, Ainwici, Wernheri, Williburgam gravi dolore umbilici depreſſam, que erat in beneficio eius, Domino ſuo Abbati Chuonrado reſignavit, & ne ulterius alicui in beneficium deferatur, pro remedio anime ſue ſcribi impetravit; poſtea vero infirmitate recedente, hec dum convaluit, unus filiorum Siboto indiſcrete ſuo ſervicio ſubiugare voluit, ceteri autem fratres hoc audientes pro facto patris eorum indigne tulerunt, & in preſencia Domini *Ruotperti* Abb. coram miniſterialibus in feſto S. Marie ſecundum fidei & iurisiurandi tenorem, que fecerant, propalaverunt. Qui correptus graviter reſipuit, & ne vim aliquam ei inferat, in manum Domini Ruotperti fidem dando confirmavit.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, qualiter ego Ruotpertus Abbas quibusdam eccleſie noſtre mancipiis Irmgarde & liberis ſuis, Chuonrado, Hainrico, Ruodolfo, Irmgar-

de,

de, Sibotoni & ſorori eius Mathilt cum liberis illius hanc legem confirmavimus, ut poſt obitum fidelis noſtri Erchenberti, qui eam in beneficio habebat, nulli amodo in beneficium tradantur, ſed annuatim ad alt. S. Quir. V. denarios perſolvant. H. r. t. ſ. *Albertus, Werinher, & Richer de Porterhus, Oudalricus Fuhs filius eius Pertholdus, Gebehart de Oſtenminne, Sigihart & Oulricus de Funſingeu, Sigimar de Vinſterwalde, Meginhart de Ecke, Albero de Puechperch, Chuonradus de Schaftloch, Albreht de Phaphenhoven, Oudalricus de Wachering, Hainricus Piſtor, Albanus de Puoſenchaim, Arnoldus de Imaningen, Chuonradus de Porterhus, Hainricus de Charge.*

Ruotpertus Dei gracia Tegrinſenſium humilis Abbas univerſis filiis matris eccleſie notum facimus, quod quidam miniſterialium noſtrorum Goteboldus & Perhtold de Ismaringen noſtram adierunt preſenciam, & ne quis per ſurreptionem aliquam aut violenciam iuſticiam illorum infringere audeat, vel valeat, auctoritate noſtra inviolabiliter firmamus.

Univerſitati credencium tam futurorum quam preſencium notum eſſe cupimus, quod quidam miniſterialis S. Quir. *Tagino de Uſkovern* ſervos ſuos Giſilhern, & fratrem eius Herborten, quos beneficialiter poſſederat, per manum filii ſui Sibotonis Ruotperto Abbati reſignavit, & ut camere fratrum pro X. denariis illuc annuatim perſolvendis traderentur impetravit. Cuius peticioni Abbas annuens Camere fratrum pro X. denar. annuatim perſolv. tradidit. Et ut hoc inconvulſum & inviolabile preſtaret, teſtibus ſubſcriptis confirmavit. *Albero de Egilingen, Sigimar de Wachering, Fridericus de Wolfrathuſen, Waltman & filius eius Wernhart de Uſhovern, Chuonrat, Siboto, Richer de Porterhuſen, Gerwich & Wolftregil de Gemunden.*

Non ignorent cuncti fideles Chriſti tam preſentes quam futuri, qualiter *Heinricus & Pertholdus fratres de Vagene* ob reme-

dium patris & matris ſue delegaverunt ancillam ſuam nomine Agnes ad alt. S. Quir. M. pro V. denar. illuc perſolvendis tali tenore, ut ſi uno anno neglexerit, ſecundo tercioque redimat, ſi non, ſervilem legem ſubeant. H. r. t. ſ. *Albero de Hohenpurc*, *Oudalricus de Rimſtenrain*, *Sigiloc*, *Etich de Scaftloch*, *Fridericus Sibot*, *Richer de Porterhus*, *Heinricus Piſtor*, *Chuonradus de Tanne*, *Albanus de Elepach*, *Oulrich de Funſingen*.

Univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus fideliter inſinuamus, qualiter duo Comites germani fratres de *Valkie*, *Otto* ſcilicet & *Conradus* calicem unum & patenam maioris calicis in pignus XVI. talentorum a nobis accipientes, ipſi pro XXIIII. talentis & tribus ſolidis Ratispone in pignus tradiderunt. Qui comites dum pro eodem pignore ſolvendo tardarent & valde negligerent, nos propriis ſumptibus ex integro perſolventes idem pignus recepimus. Comites autem predicti predium ſuum Pozen ſitum in loco, qui vulgo dicitur Albere, quod quidam Penzo poſſederat, cum omnibus utilitatibus ad ipſum predium pertinentibus & manſum unum apud Mureſi in manum *Alberonis de Starcholdeshoven* ea condicione delegaverunt, ut dum alteruter eorum obierit, manſus idem pro remedio anime defuncti ad altare S. Quir. tradatur. Comes autem qui ſuperſtes fuerit, dato predicto theſauro predium Pozen redimat. Quamdiu autem eundem theſaurum non perſolverint, idem predium in noſtrum ius per annuale ſervicium cedat, & ſi nondum expedito ambo obierint, aut alter eorum perſolvere noluerit aut non valuerit, ad altare predicti Martyris omni contradictione remota pro remedio animarum ſuarum pari modo pertineat. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Lochouſen*, *Wernhardus de Starcholdeshoven*, *Liebhardus de Eckehartestorf*, *Ruopertus de Tuotzingen*, *Hainricus & frater eius Pertholdus de Wagene*, *Albero & Wolfkregil fratres de Gailingen*, *Ruodolf Senior & filius*

lius eius Ruodolf de Waldecke, Oudalric. & Sigimar de Wachering, Ruotpertus de Richerſpuren, Albertus de Porterhus, Gebehardus de Oſtenminne, Liebhardus & Wernhard de Uſkovern, Eberhardus de Moutechingen, Chuonradus de Perge, Liebhardus de Tulikingen, Tageno & filii eius Albero, Oudalricus, Wolfregil de Hartpenigen, Ruotpertus de Moſahe, Gotfridus Zunt, Fridericus de Elehpach, Hainricus Eiterſtein, Gebehardus Longus & frater eius, Chuonradus de Lanzingen, Hartmout & frater eius Heinricus de Heimenhuſen, Pertholdus de Puoche, Oudalricus de Liubrateſtorf, Marchwart & filius eius de Mergen, Wolfker & frater eius de Hohenchirchen, Siboto de Gruobe, & frater eius Hainricus de Aingen, Waltchuon Prepoſitus eius de Gruobe, Heinricus de Wippenchirchen, Otto Perwalch, Gerloch de Erchingen. Poſt obitum vero Ottonis Comitis frater eius Chuonradus eodem predio nondum expedito, dum XLVII. talentorum, & trium ſolidorum ſuper eodem pignore nobis debitor extitiſſet, in preſencia omnium miniſterialium ſuorum, & aliorum plurimorum nobilium prediĉtum Alberonem hac condicione Pizze convenit, ut ſi prediĉtam ſummam in Sabbato ſanĉto Pentecoſtes non exſolviſſet, in proxima ſecunda feria eiusdem ſollempnitatis idem Albero memor fidei ſue & iuramenti ad altare S. Quir. delegaret. Quod dum variis cauſis prepeditus adimplere nequiſſet, tandem in purificacione ſanĉte Marie predium cum omnibus queſitis & inquirendis, cultis & incultis ad altare prediĉti Martyris delegavit. H. r. t. ſ. *Otto de Nuzdorf, Grimoldus cognatus eius, Ruodolfus & frater eius Otto de Waldecke, Albanus de Elhpach, Albero de Mulberc, Sigihardus & Siboto de Holze, Meginhardus de Ecke, Haimo de Luciſperge, Hartmanuus de Hartchirchen, Oudalricns de Hartpening, Oudalricus & filius eius Heinricus de Wachering, Albanus de Richerſpuren, Etich de Schaftloch, Hainricus & frater eius Richker de Ismeningen, Albanus de Puoſenchaim, Hainricus & frater eius Sigimar de Hartpennig, Wernhardus & frater eius Gebolfus de Loufental,*

Chuon-

Chuonradus de Unekolzingen, *Chuonradus iuvenis & patruus eius Chuonradus de Porterhus*, *Ratpoto de Antdorf*, *Pabo de Studach*, *Arnoldus & filius eius Chuonradus de Herbrehteshuſen*, *Sigimar & Chuonrad ex oriente*, *Wernher*, *& Oudalricus de Swaichuſen*.

Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter *Otto de Muospach* famulam quandam de Anzingam S. Quir. Giſila dicta, quam in beneficio poſſederat, in manum Domini Ruotperti Abbatis cum liberis ſuis Friderum, Liutkart, Hailka, Adelhart, Rickarde, Mathilde, & Chuonigunde reſignavit ea ſcilicet condicione, ut cottidiana ſervitute abſoluti V. denarios annuatim cum omni poſteritate ſua ad altare S. Quir. perſolvant. H. r. t. ſ. *Erchinpertus de Phaphenhoven*, *Richkerus de Tontenhuſen*, *Hainricus de Uſhovern*, *Oulricus de Funſingen*, *Sigimar*, *Sigihardus*, *& Chuonradus de Stremperge*, *Pertholdus de Furholze*, *Hainricus de Swaichus*, *Heinricus de Durnpach*, *Waltman de Oſtenuinne*, *idem prediƈtus Otto de Muosbach*, *Oudalricus Murze*, *Wernherus & Diepoldus de Anzingen*.

Notum ſit cunƈtis fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam miniſterialis S. Quir. nomine *Siboto de Uſhovern* tradidit mancipium ſuum, quod habuit in beneficium, nomine Hiltigart de Zorngoltingen ad altare prediƈti Mart. ad cenſum VI. denariorum annuatim perſolvendum. H. r. t. ſ. *Ruotpertus de Richerſpeurn*, *Hainricus & Albero de Rain*, *Liutpoldus de Porterhus*, *Waltchuon de Gemunden*, *Dietpolt de Weſiſes*, *Wernherus de Porterhus*, *Wernher de Swaichuſen*.

Pateat omnibus fide & opere Deo famulantibus, quod quidam miniſterialis S. Quir. *Chuonradus de Riede*, quoddam mancipium nomine Mergart reſignavit Abbati Ruotperto ex peticione

Perh.

Perhtoldi de Hergershuſen ea conditione, ut ſingulis annis ſex denarios ad cameram fratrum perſolvat. H. r. t. ſ. *Pertholdus de Hergershuſen*, *Gebolfus de Louſental*, *Arnold de Herbrehteshus*, *Heinricus Piſtor*, *Heinricus de Scaftloch*, *Hainricus de Puochshorren*.

Univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus inſinuamus, quod quidam *Sigifridus de Stritperch* propriam ancillam ſuam Adalheit nomine cum ſex liberis ſuis Alberone, Dietrico, Pertholdo, Gotfrido, Heinrico, & Irmigart ad altare S. Quirini cenſum V. denariorum annuatim perſolvendum delegavit. H. r. t. ſ. *Albertus de Porterhus*, *Liutpoldus de eaden villa*, *Truhtlieb de Puoſenchaim & Chuonradus frater eius*, *Siboto de Steinprucke*, *Ortolfus de monte*, *Sigihardus de Egerdin*, *Diepolt de Weſſe*, *Pertholdus de Iſinpach*.

Cunctis fidelibus Chriſti innoteſcimus tam futuris quam preſentibus, quod quedam nobilis matrona Tuota de Pruttingen duo mancipia ſua Chuonradum & Wernherum poteſtativa manu ſua, remota omnium liberorum ſuorum contradictione, ad altare S. Quir. tradidit, ea ſcilicet condicione, ut annuatim cenſum quinque denariorum ad altare predicti Mart. perſolvant. H. r. t. ſ. *Wernhardus de Uſhovern*, *Albero Holzman*, *Oudalricus de Funſingen*, *Pertholdus Fuohs de Honingen*, *Marchardus de Wizemannesdorf*, *Sigemarus de Grube*, *Iſingrim de Wizzahe*, *Pertholdus de Furtholze*, *Hainricus de Swaichus*.

Notum ſit omnibus fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter Engilbertus cum coniuge ſua Gertrude cenſuales ſancto Quiryno, duo mancipia ſua Sibotonem & Eberhardum, que iure hereditatis in proprietate poſſederant, ad altare S. Quir. tradiderint ea ſcilicet condicione, ut ad altare predicti Mart. V. denar. annuatim perſolvant, quod ſi duobus annis neglexerint, tercio ex

integro neglecta reſtituant, aut ſervili condicioni ſubiaceant. H. r. t. ſ. *Adalbertus de Porterhus & Siboto cognatus eius, Truchtlieb de Puſincheim, Eberhardus de Manicvalt, Heinricus, Sigifridus & Pertholdus de Roſacher, Rapertus de Verſtetten, Rudolfus, Willikardus, & Wolframus de Phuonzen, Hainricus & frater eius Ruodolfus de Toutilhuſen.*

Univerſis tam futuris quam preſentibus notum eſſe volumus, quatinus *Wernherus Lantſchinche* ecclesie noſtre miniſterialis predium ſuum Perloch quod hereditario iure poſſederat, beato Quiryno tradidit ea condicione, ut filius ſuus *Oudalricus* ad uſuariam utilitatem vite ſue id haberet, & annuatim V. denarios ad Cameram fratrum noſtrorum in teſtimonium perſolveret, & poſt obitum ſuum libere ad eandem obedienciam pertineat, quod poſtea Wernherus fratrum noſtrorum camerarius, nobis annuentibus, *Hainrico de Perloch*, interventu *Marchionis Hiſtrie Pertoldi*, ad cenſuale beneficium preſtitit ea ſcilicet condicione, ut modium tritici, & modium ſiguli ad cameram annuatim exſolvat, & poſt obitum eius idem predium cum omnibus ſuper eo aggregatis, omnium liberorum aut reliquorum propinquorum ſuorum contradictione remota, libere ad fratrum noſtrorum Cameram impoſterum ſerviat. Acta ſunt hec in conſpectu *Domini Ruotperti Abb.* & march. Hiſtrie Pertoldi, quorum eciam ſigillis has literas ſignari fecimus. H. t. ſ. idem *Marchio Pertoldus, Albero de Hohenpurch, Otto de Aſcheringen, Lazarus de Wolfrathus, Hainricus de Wechering, Rapot de Saſſenhauſen, Marcwart de Antorf, Albero de Louchhuſen, Albero Comeche, Gotſcalch, Ludewich fratres de Andehs, Albertus de Egolfingen, Witele & Franche de Seluwen, Ruotpertus de Richerſpuren, Truhtlieb de Buſenchaim, Albertus, Richerus Liutpoldus de Porterhuſen.*

Omni-

Omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus iuſticiam & veritatem conſervare volentibus fideliter inſinuamus, quod *Waltmanus de Puowern* eccleſie noſtre famulam Agatham de Emphenouwe cum liberis ſuis Reginfrido, Reginperto, Godefrido, Irminrat & Hiltigart cum liberis ſuis falſi beneficii nomine ſibi vendicavit, quos tandem poſt obitum illius uxor eius Mahtildis periurio violenter detinuit. Nos vero tantis eorum calamitatibus condolentes, cum ipſos nulli unquam in beneficium contulerimus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum cum omni poſteritate ſua in beneficium tradere preſumat, ſed eccleſie noſtre debitam ſervitutem libere perſolvant, & ut hec inſtitucio noſtra firma permaneat, ego *Ruotpertus* Dei gracia Tegrinſenſis Abbas ſigilli noſtri impreſſione eam confirmamus. H. r. t. ſ. *Sigihardus Decanus*, *Wernher Scolaſticus*, *Chuonradus Prepoſitus*, *Sibotto Cellarius*, *Wernher Camerarius*, *Oudalricus Capellanus*.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quia nobilis vir *Dux Chuonradus de Dachouwe* tendens Ierosolimam, predium ſuum Walde ſitum tam cum queſitis & inquiſitis poſt obitum eius, eciamſi heredem habuerit, poteſtativa manu ſua delegavit ad altare S. Quir. pro remedio anime ſue & patris ſui ac omnium parentum ſuorum. Item eadem hora delegavit curtim Rorigemoſe ſitam, ſuper quam Ruodolfus ſedit, ad altare predicti Mart. ea ſcilicet condicione, ſi ipſe de hac vita herede carens deceſſerit. Utriusque delegacionis teſtes ſunt: *Albericus Clericus de Pacharn*, *Ratpoto de Gundingen*, *Richer de Iorce*, *Oudalricus de Elemouwe*, *Pertholdus de Auguſta*, *Walther de Puochshage*, *Chuonrat de Pelehaim*, *Heinricus de Manzingen*, *Wichpoto Scorre*, *Engilprech Fulleſach*, *Ludewic de Auguſta*, *Pertholdus de Elmouwe*, *Truchtlieb de Puſenchaim*, *Albreht*, *Richer*, *Liutpolt*, *Sibot de Porterhus*, *Siboto de Ecke*, *Siboto*, *Liebhart de Uſhovern*, *Oulrich Mer-*

Mertail, *Sigimar*, *Ekkehart*, *Iſingrim ſervi Domini Abbatis*, *Heinricus Pictor*, *Heinricus & Siboto de Egelingen*, *Oudalricus de Swaichus*, *Oulricus de Funſingare*, *Albero & Hartmannus de Hohenperch*, *Pertoldus de Iſenpach*.

Notum eſſe volumus cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quia quidam miniſterialis *Geroldus* nomine *de Vinſterwalde* predium ſuum in eadem villa ſitum delegavit ad altare S. Quir. per manus *Alberti de Porterhus*, ea ſcilicet condicione ut nulli unquam in beneficium preſtetur. H. r. t. ſ. *Lazarius de Wolfrathus*, & *filius eius Chuonradus*, *Heinricus de Iouſperge*, *Albero de Hohenpurch*, *Ulricus Funſingen*, *Sigimarus*, *Wernhardus*, *Ekkehardus Iſingrimus de curia Domini Abbatis*, *Perktoldus de Iſinpach*.

Ego Ruotpertus Dei gracia Tegrinſenſis Abbas cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus inſinuamus, *Chunigundam* de *Stainpach* filiam Mathildis de Uſhaim cum liberis ſuis Diemout, Touta, Mahtilda, Gerdrut, Friderun, & Iudita legitimos cenſuales V. denariorum eſſe Eccleſie S. Quir. Mart. ſed ut eis hec lex rata & firma permaneat, ſigilli noſtri adteſtacione confirmamus.

Omnibus fidelibus Chriſti tam futuris quam preſent. inſinuamus, quandam feminam nomine Williburch cum ſororibus ſuis Pertha, Gerdrut, Liutkart cum omni poſteritate ipſarum debitores eſſe V. denarior. ad aram B. Quir. annuatim tradendis, & ne quis iuſticiam eorum infringere valeat, ſcriptis denotavimus.

Notum ſit univerſitati fidelium tam preſent. quam futurorum, quod nobilis vir *Albero de Hohenpurch* & uxor eius Agnes nobilis matrona tradiderit poteſtativa manu S. Quir. Mart. omnia predia ſua culta & inculta, queſita & inquiſita, cum univerſa familia

miſſa & ſuppellectilibus, que hactenus usque ad terminum vite ſue in ſua tenuitate & utilitate, ſine omnium hominum impulſacione, libere poſſederant. Igitur poſt mortem predicti Alberonis ſoror eius Richkardis de Nuzdorf adiit curiam *Ducis Ottonis* ferens coram eo querimoniam, quod a predio, quod ei hereditario iure attinebat, a fratre ſuo nunquam deciſa fuiſſet, & teſtibus probatis perhibuit, quod coram *Duce Heinrico Saxonie*, germano ſuo adhuc longe vivente eandem querimoniam ſepius & legitime promoviſſet, ubi *dictante Principum ſententia* predium cum familia & ſuppellectili *in* univerſum obtinuit, & *ſecundum Bavaricam* legem eum *iudicibus & legatis* prefati *Ducis dicioni ſue ſubegit*, quam tandem rebus monaſterii ad hoc induximus, quod idem predium propria manu ad altare B. Quirini ſecundario delegavit. H. tr. t. ſ. *Hartmannus de Nuztorf*, *Albertus & Chuonradus de Porterhus*, *Albero & fratruelis eius de Raine*, *Hainricus de Iſmaningen*, *Wernher & filius eius de Munichen*, *Truhtlieb & Albanus de Puoſenchaim*, *Heimo de Liutzinſperge*, *Hainricus*, *Ruodigerus*, *& Ruotpertus de Nuztorf*, *Sigimar de Grube*, *Chuonradus de Lintpac*, *Chuonradus de Hage*, *Ulricus Funſingare*, *Waltmannus Thelonearius*, *Richker frumentarius*, *Chuonradus candidus*, *Eberhardus Slieche*, *Iſingrimus*, *Heinricus*, *Wernhardus*, *Waltherus*, *Wolframus ſervi Domini Abbatis*, *Hainricus Pictor*, *Oulricus & Eberhardus editui*, *Herman de Camera*, & alii quam plures. Prioris tradicionis teſtes ſunt *Marchio Pertholdus & filius eius Dux Pertholdus*, *Otto Prepoſitus de Raitenpuoch*, *Wernherus & Siboto de Chumztorf*, *Oudalſcalc de Ufflendorf*, *Pernhard' de Wilehaim*, *Oudalricus de Saldin*, *Ulricus & Heinricus de Sevelt*, *Otto de Aſcheringen*, *Otto de Muſepach*, *Lazarius de Wolfrathuſen*, *Oulricus Ahorn*, *Heinricus Snecke*, *Eberhardus de Scondorf*, *Ekkehart de Tanchirchen*, *Hainricus & Oudalricus de Wacheringen*, *Ruotpertus & Albanus de Richerſpuren*, *Liebhardus & Siboto de Uſhovern*, *Heinricus de Egelingen*, *Truhlieb*, *Chuonrad*, *Ulrich*, *& Albanus de Puoſenchaim*, *Albertus*

tus, *Chuonradus*, *Otto de Porterhus*, *Tageno & Albero de Hartpenigen*, *Herman de Niuvarn*, *Gerolt*, *Hartwich de Richerſpuren*, *Pernhardus & Chuonradus de Pouwern*, *Irmfridus de Uffelndorf*, *Pabo de Studach*, *Hiltiprant de Hochenburch*, *Wernherus Venator*, & alii multi.

Cunctis Chriſti fidelibus innoteſcimus, quod quidam miniſterialis *Pertholdi Comitis de Wolfrathuſen*, Chuonradus nomine *de Staingouwe* ancillam ſuam Richburgam cum liberis ſuis, ipſo Comite annuente, cuidam Erchinpoldo de Arigarte ad delegandum ſuper aram S. Quirini tradidit, quam idem Erchinboldus, preſente Abbate *Ruotperto*, cum filiis ſuis & omni poteſtate ſua ad aram prefati Martiris pro V. denariis illuc annuatim perſolvendis tradidit, ea condicione, ut ſi duobus annis negligant, tercio redimant, ſin autem, quarto ius ſervile ſubeant. H. r. t. ſ. *Ruotpertus de Richerſpuren*, *Chuonradus de Wacheringen*, *Wernhart de Loufental*, *Fridericus*, *Siboto*, *& Richer de Porterhuſen*.

Univerſis filiis matris Eccleſie innoteſcimus, quod quidam ingenuus vir Herman dictus tradidit ſe in manum cuiusdam nobilis viri *Nortperti de Sentlingen* ad delegandum ſuper aram S. Quir. quod idem Nortpertus, in preſencia Ruotperti Abbat. complevit, eumque pro V. denariis ad aram prefati Martiris annuatim illuc perſolvendis delegavit. H. r. t. ſ. *Pertolt de Hergershuſen*, *Sigimar*, *Meginhart de Wacheringen*, *Ruotpertus de Richerſpuren*, *Wernher*, *Luitpoldus de Porterhus*.

Cunctis Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus, quod quedam miniſterialis S. Quir. Gerdrut dicta de Hergershuſen propriam ancillam ſuam Chunigunt dictam, pro V. denariis annuatim perſolvendis, ſuper aram prefati Martiris delegavit tali conditione ut ſi duobus annis negligat, in tercio redimat, ſin autem, ius ſervile ſubeat. H. r. t. ſ. *Sigimar*, *Meginhart*, *Chuonrat de Wacheringen*, *Pertholt de Hergershuſen*, *Ruotpreht*, *& Oudalricus de Richerſpuren*.

Nove-

Noverint cuncti fideles Chriſti, qualiter quedam miniſterialis *Pertoldi Comitis de Wolfrathuſen*, Dietena nominata de Gourichingen, ancillam ſuam Adelhaidam cuidam ſervo S. Quir. Hainrico de Fretemaringen ad delegandum ſuper aram ſepedicti Mart. tradidit, quam ille pro V. denar. ſeped. Mart. tradidit & ſubſcriptis teſtibus confirmavit. *Sigimar & Siboto filius eius de Wacheringen*, *Oudalricus de Pupelingen*, *Albanus de Puoſenchaim*, *Richer de Piburch*, *Liubrat de Prunnen.*

Notum ſit univerſis iuſticiam diligentibus tam futuris quam *preſentibus*, qualiter *Piligrimus de Funſingen*, & ſorores eius Imma & Mahtilt Irmilint predium, quod hereditario iure in eadem curte poſſederat, in preſencia Domini Ruotperti Abbat. omnium hominum remota contradictione, publice obtinuerunt. H. r. t. ſ. *Sigimar de Wacheringen*, *Egelolf de Funſingen*, *Pernhard de Chirchaim*, *Heinricus & frater eius Wernher de Raine*, *Hartmanus de Herbrehteshus*. *Albertus de Porterhus*, *Albero de Roſtorf*, *Sigihart de Funſingen.*

Noticie fidelium inſinuamus, qualiter Ruotpertus Abbas Ruotliebum & ſorores eius Hiltigundam & Heriburgam obtinuit: nam cum debitum cenſum annuatim perſolvere negligerent, a quodam miniſteriali S. Marie *Altmanno de Gotzingen* violenter oppreſſi, Domino ſuo Abbati ſe repreſentaverunt, & de oppreſſione eorum querimoniam habuerunt, quos ſepedictus pater, in preſencia *Pertholdi Comitis*, cenſuales S. Quirini eſſe obtinuit; ſed ne aliquis iuſticiam illorum infringere audeat, ſubſcriptis teſtibus confirmavit. *Sigimar*, *Meginhart*, *& Oudalric de Wacheringen*, *Fridericus de Gotzingen*, *Hartman & filius eius Arnoldus de Hereprehteshus*. *Fridericus de Porterhus*, *Albero de Egelingen*, *Gotefrid de Veskenpac*, *Walther de Rotahe*, *Meginhart de Pernecke.*

Oculis

Oculiſ cordis percipiat ordo credencium tam futurorum quam preſencium, qualiter *Heinricus de Prunnen* delegavit cognato ſuo Sibotoni tale predium, quale poſſederat in predicta villa & ad Phrumaren, tradendum cum mancipiis Mahtilde, Pertha, & Diemout ad altare S. Quir. Mart. qui fideliter complens commiſſa delegavit in manum Domini Ruotperti Abbatis tali tenore, ne cuiquam hominum fiat in beneficium, ſed ad Hoſpitale in uſus pauperum. Inſuper Dominus Abbas conſtituit, ut in anniverſario eius in elemoſina proviſor det ſigolis modium, & in caritate unicuique fratrum panem & pulmentum. H. r. t. ſ. *Frideric, & Ortwin fratres de Nidergeltingen, Wernher de Swaichus, Richer & Siboto de Porterhus, Heinricus de Pernekke, Oudalricus de Funſingen, Adalber de Egerden.*

Notum ſit omnibus in Chriſto viventibus, quod quidam vir nomine Hartwicus libera manu ſe cenſualiter ad aram B. Quir. ſub ea condicione delegavit, ut ſi uno anno debitum cenſum negligat, altero exſolvat, & ſi tercio, ſub iugo ſervili mancipetur. H. r. t. ſ. *Gerwich & frater eius Wolſtregil de Swineperek, Sigimar & filius eius Sigimar de Wacheringen.*

Omnibus pie in Chriſto viventibus tam futuris, quam preſentibus innoteſcimus, qualiter quidam ingenuus homo *Dietmar de Prunnen* delegavit proprium ſervum ſuum Megingozum ad aram S. Quirini pro V. denar. annuatim illuc perſolvendis. Idem vero Megingozus copulavit ſibi ingenuam feminam Itam, ex qua procreavit filium & filiam, Gebehardum & Liutkardam, qui Gebehardus adhuc infantulus inbeneficiatus eſt *contra ius cenſualium* cuidam *Heinrico de Prunnen*, in cuius obſequio usque ad obitum ipſius permanſit. Poſt obitum vero Heinrici iſte Oudalricum prepoſitum fratrum adiit, & ſe ab iniuſto ſervicio redimi impetravit.

Exin-

Exinde prefatus Gebehardus cum ſe a iure cenſualium abalienatum eſſe recognoviſſet, Ortolfo preposito, & Wernhero Camerario annuentibus ſub Abbate Ruotperto, & Pertoldo Comite a cognacione & vicinis circumſeptus ius cenſualium obtinuit. H. r. t. ſ. *Gebehart de Oſtenmine*, *Lantman*, *Diepolt de Weſtſes*, *Dietrich*, *Richolf de Hohenchirchen*, *Frideric de Geren*, *Ricker de Prunnen*, *Dietmar*, *Hainric de Prunnen*.

Omnis ſexus & etas mundi huius continens metas aure cordis percipiat, & ſubſcripta & indiſſolubilia facta teſtibusque confirmata contineat, qualiter Fridericus Dei gracia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus Chriſpinam, Merigardam, & Gerlindam cum liberis ſuis, que erant in beneficio *Hainrici Ducis* & ab ipſo *Hainrico de Pueren*, apud Auguſtam in ius regium recepit, & econtra de familia S. Quir. Richerium patrem earum, Guntpertum, Peronem, Dietzam, & Gerlindam eidem Duci, audientibus & videntibus Principibus tocius provincie & primatibus quam plurimis Swevie iure beneficii reſignavit. Quo pacto Imperator peticione Domini Ruotperti Abbatis pretitulatas perſonas delegavit, Pertholdo Comiti ipſius loci matriculari Advocato tali tenore delegans, ne ullo modo poſſint divelli a ſervicio fratrum ibi militantium Deo. Prefatus denique comes easdem feminas *Degenhardo de Sevelt* delegari fideliter ad aram ſupradicti Martiris, ſicut ſuſceperat, contradidit, quas ipſe & Dominus Ruotpertus Abbas in manibus recipientes legitima delegatione ſcriptis & teſtibus confirmaverunt in Chriſto feliciter. H. r. t. ſ. *Pertholdus Comes de Andehs*, *Albero de Hohenpurch*, *Pernhart de Wilhaim*, *Oulrich de Hohenrain*, *Lazarius*, *Pernhart*, *Wulfin*, *Ortolf*, *Hainricus*, *Sibrant*, *Chuonrat*, *Swicker*, *Adalpreht*, *Goteſchalc*, *Oudalric & filii Oulric & Heinric*, *Sigimar*, *& filius eius Sigimar*, *Wernher & filius eius Richer*, *Chuonrat*, *& filius eius Siboto*, *Liupolt*, *Haimo*.

Cognoſcant cuncti fideles tam futuri quam preſentes, qualiter quidam miniſterialis *Sibotonis preſidis de Niuwinpurch, Sigifridus* nomine *de Otlingen* cum conſenſu uxoris ſue, & filiorum ſuorum tradidit propriam ancillam Gerdrudam de Weſterhaim cum omni poſteritate ſua ad altare S. Quir. Mart. pro V. denariis annuatim illuc ſolvendis; ea condicione, ut ſi duobus annis neglexerint in tercio vero exſolvat, ſin autem, ſervilem legem ſubeat. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Wacheringen, Sigimar & filius eius Sigimar, & Hainricus de Wacheringen, Wernher & filius eius Richer de Porterhus Gerwich & Wolftregil de Gemunden, Gebehart de Oſtenmine, Hainricus de Pernecce, Heinric de Ollingen, Engilbreht, Walther de Weſterhaim.*

Litterarum adteſtatione confirmandum, & noticie fidelium tam preſentium quam futurorum inſinuandum duximus, quod domina Chuonigundis de Oſternberge tradidit libere, & ſine omnium hominum contradictione propriam ancillam ſuam Pertham cum duobus liberis ſuis Oulrico & Chuonrado, ac omni poſteritate illius ad altare S. Quir. Mart. cenſum V. denariorum annuatim illuc perſolvendum. Acta ſunt hec ad preſentiam iudicis Advocati noſtri *Ducis Meranie Perhtoldi* Domini *Hainrici Snekke*, ac filie predicte Chunigundis Domine Alhaide, que coram omnibus ibidem preſentibus manifeſte profeſſa eſt, nichil ad eam pertinere de cauſa ſupra memorate mulieris, ſed in poteſtate matris eius eſſe, ut cuicunque vellet eam traderet, magisque gratum haberet, ut hanc beato Quiryno pro ſalute anime ſue conferret, quam cuiquam mortalium. H. r. t. ſ. *Hainricus Snekke, Albertus & filius eius Hainricus de Porterhus, Chuonradus de eadem villa, Wernhardus de eadem villa, Chuonradus de Oſternperge, Oulricus Velleſloz, Chuonradus de Oſternwarngou, Waltman de Weſtſes, Gerungus, Hainricus, Geroldus Servi carpentarii, Iſingrimus de Wizzahe, Ruedolfus de Hagezun, Otto de Durrinpach.*

Cogno-

Cognoſcant omnes Chriſtiani tam preſentes quam futuri, qualiter quidam *Parmannus* S. Quir. *de Holzmann* nomine Sigihard delegavit propriam ancillam ſuam Irmgardam cum omni poſteritate ſua ad aram predicti Mart. pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum pro V. denariis annuatim illuc exſolvendis; ea condicione, ſi duobus annis negligant, tercio compleant, ſin autem, ſervilem legem ſubeant. H. r. t. ſ. *Richer de Hohenpurch*, *Oulricus & filius eius Hainricus*, *Sigimarus & filius eius Sigimar de Wacheringen*, *Albanus de Puſenchaim*, *Ruotpertus de Richerſpuren*, *Wernher de Porterhus*. *Wolfstregil*, *& Gerwich de Gemunden*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter nobilis quedam matrona Irmigart unanimi voto viri ſui Hainrici Salzpurgenſis Eccleſie miniſterialis predium quoddam Solaren XX. talentis a quodam Eberhardo Friſingenſis Eccl. miniſteriali coemerunt, quod peticione eorundem delegatum eſt in manus *Eberhardi de Neurtingen*, *& Arnoldi de Herbrehtshuſin* eo tenore, ut fratribus Deo in cenobio S. Quirini militantibus annuale ſervicium cum elemoſinis pauperum perſolvatur. Et ne id facile negligentia cuiuslibet diſſolvi, vel dilabi poſſit, filiis ſuis eiusdem monaſterii cenobitis fide filiali hoc procurandum commendavit Abbate eiusdem loci Ruotperto preſente & hoc fieri concedente. C. r. t. ſ. *Lazarius*, *Eberhardus de Niurtingen*, *Arnolt de Herbrehshus*, *Pabo de Geltingen*, *Sigimar & nepotes eius*, *Hainrich & Siboto de Wacheringen*, *Altman de Rieth*, *Wernher & filius eius Richer de Porterhus*, *Hainric & Sigimar de Vinſterwalde*, *Ruotpreht & frater eius de Richerſpuren*, *Chuonradus & filii eius Siboto*, *& Otto de Porterhus*, *Wernhart Durinch*, *& Gebolf de Louſental*.

Pateat univerſis Chriſti amatoribus, qualiter Meginhardus quidam miniſterialis S. Quir. predium ſuum Solaren ſitum, quod

a liberis hominibus emerat, Deo & ſancto Quiryno contulerit ea ſcilicet cauſa, ut fratres predicti Meginhardi, loci eiusdem monachi, ſalva fide caritatis fraterne annuale ſervicium cum elemoſinis pauperum in anniverſario eius perſolvant. Huius rei teſtes ſunt prenominati.

Clareat univerſis Chriſti dilectoribus, quomodo quidam miniſterialis S. Quir. Sigilochus nomine predium ſuum, quale habuit Scaſtloch, Deo & ſancto Quiryno dederit ea ſcilicet fide, ut eum quem hic habuit patronum, in die obitus ſui ſentiat propicium, & ut idem predium ad Hoſpitale eiusdem loci pro relevacione pauperum pertineat. Huius rei teſtes ſunt: *Sigimarus & filius eius Sigimar de Wachering, Etich de Scaſtloch, Wernher & filius eius Richer de Porterhus, Heinricus & pater eius Meginhardus de Pernecke, Wolſtregil de Gemunden, Chuonradus de Porterhuſen.*

Notum ſit omnibus fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter miniſterialis quidam S. Quir. *Perhtoldus de Hergershuſin* delegavit in manum *Altmanni de Riete* filiam ſuam Chuonigunt ex propria ancilla natam ad altare S. Quir. cenſualem V. denariorum anuuatim tradenda, quod idem Altmannus devote complevit. H. r. t. ſ. *Nortpertus de Ouwa, Wernhardus de Swaichus, Wernher & filius eius Richer de Porterhus, Tagino de Hartpenigen, Albreht de Porterhus, Sigimar & filius eius Sigimar de Wachering, Wernherus de Louſental, Heinricus de Pernecke, Chunrat, Adalpreht, & Heinric de Schaſtloch.*

Cunctis Chriſti fidelibus inſinuamus, qualiter miniſterialis Domini Heinrici Ducis *ex orientalibus* Durinch dictus predium ſuum ad Perſnech ſitum duce predicto annuente in manus *Heinrici de Phaſſteten* delegavit, quod idem Heinricus poſtea in Cremenſi loco rogatu predicti Durinch ad aram B. Quiryni Mart. dele-

lega-

legavit. H. r. t. ſ. *Albero & frater eius Rapoto de Chunringen, Hadamar filius eiusdem Alberonis, Heinrich de Pleunich, Adelbreht, Rudolf de Roſcen, Uulrich de Wachering, Albreht & Richer de Porterhus, Heinrich de Pernecke, Oudalrich de Funſingen.*

Omnibus in Chriſto viventibus innoteſcimus, quod quidam Parmannus nomine *Rapoto de Hechingen* delegavit quendam famulum ſuum Heinricum nomine cum ipſius filio Heinrico, & cum omni poſteritate ſua ad aram B. Quiryni Mart. pro V. denariis annuatim illuc perſolvendis. H. r. t. ſ. *Sigimarus & filius eius Sigimar de Wachering, Ruotpertus & frater eius Albanus de Richerspuren, Gerwich & frater eius Wolftregil de Swinperch, Chuonrat & Hainrich de Egelingen, Wernher & Chuonrat de Porterhus.*

Cunctis fidelibus Chriſti inſinuamus, quod quedam *nobilis* femina Irmgart dicta de Ouſten libera manu delegavit ſe in manus *Sigilochi de Warngouwe* ad delegandum ad aram B. Quir. Mart. pro V. denariis annuatim perſolvendis ea condicione, ut ſi uno dare neglexerit, ſecundo & tercio impleat, & ſi poſtea non dederit, ſervili iugo ſubiaceat. H. r. t. ſ. *Arnoldns de Herbreshuſen, Hainricus Pictor, & filius, Gebehardus de Egelingen, Albero de Puochperch, Gebehardus de Aſchowe, Rapoto de Werta, Wolfram de Eſte, Heinricus de eodem loco, Albertus frater eius.*

Manifeſtum ſit cunctis creatori Deo fide & opere coniunctis, qualiter Dominus Chuonradus Decanus de Prunnen pro remedio anime ſue ſuorumque parentum delegavit ſervum ſuum Hainricum ad aram S. Quir. Mart. pro V. denar. annuatim illuc perſolvendis, taliter ut ſi uno anno neglexerit, ſecundo, tercioque redimat, ſi non, ſervilem legem ſubeat. H. r. t. ſ. *Fridericus de Paſtperch, & Siboto Lieder de Prunnen, Gebolf de Luofental, Sigimar de Vinſterwalde, Lantpertus, Marchwart, Adalprekt, Othalm, Chunrat de Prunnen.*

Notum ſit univerſis tam preſentibus quam futuris, qualiter ego Ruotpertus Abbas favente Sigihardo Prepoſito concambium feci cum Plebano, Chuonrado de Diuningen Eccleſie noſtre Egelingen proviſore: de familia noſtra Eberhardum cottidiani ſervicii debitorem legitimo concambio Eccleſie Egelingen contradidi, & dotalem ancillam Giſilam per manum prefati Sacerdotis Chuonradi in ius Eccleſie noſtre recepi, ea ſcilicet condicione, ut nulli unquam in beneficium tradatur. Huius rei teſtes ſunt: *Gebehardus de Oſtenmine*, *Hainricus de Pernecke*, *Otto de Hohenpurch*, *Ruodolfus de Chumztorf*, & alii quam plures.

Num. XI. Sub Abbate Albano 1187.

Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quedam nobilis de Winthena Luitkart dicta deleg. ſe ad altare ſancti Quirini Martyris cum omni poſteritate ſua tam preſentibus quam futuris ad V. denarios annuatim perſolvendos preſentia Abbatis Albani, tempore Marchionis Perhtoldi defenſoris noſtri. Huius rei teſtes ſunt: *Heinricus de Hartpenigen*, *Eticko de Schaftlock*, *Wernher & filius eius Wernkerus de Egerdach*, *Meginhard de Suorlock*, *Waltmanus & filius eius Willebolt*, *Bernhart de Egerdach*, *Adalbreht de Hamertal*, *Ekkehart de Stunzelbach*, & alii quam plures.

Univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, notum eſſe volumus, quia *Reinpoto de Choufelhoven* tradidit propria manu ad altare ſancti Quirini Martyris, in Tegerinſe Chuonradum, Heinricum, Luitkardam liberos Oudalrici de Mandelchaim ea conditione, ut annuatim ad altare predicti Martyris cenſum V, denar. perſolvant, & ut nulli omnino hominum in beneficium tradantur, has litteras cum ſubſcriptis teſtibus eis in teſtimonium contulimus *Reichkerus Clericus de Tontenhuſen*, idem *Reinpoto*

pato qui tradidit *de Chouſelhoven*, *Hainricus Camerarius de Vateſtorf*, *Oudalricus de Mandelchaim pater ſupradictorum liberorum*, *Dietpoldus de Weſtſes*, *Engilpolt de Egerdach*, *Sigihardus Faber*, *Oudalricus de Wizzahe*, *Wernherus de Elmoware*.

Univerſis Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus notum eſſe volumus, Chunradum & Marchwardum de Houſen, qui Laitershaimare dicuntur, legitimos cenſuales eſſe V. denariorum, ad aram S. Quir. in Tegrinſe annuatim, & ut nulli unquam omnino hominum in beneficium tradantur, hanc legem eis preſentibus *ſcriptis* & impreſſione ſigilli noſtri ego Albanus Tegrinſenſis *Dei* gracia Abbas confirmo.

Fidelibus cunctis innoteſcimus, quod quedam ingenua femina de Munichen Gertrudis tradidit ſe ipſam ad altare S. Quir. Quir. Mart. ea conditione ut ipſa, & omnia poſteritas eius cenſum V. denariorum ad altare predicti Martyris ſingulis annis perſolvat.

Cunctis Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, quod Domina Gerbirgis filia Domini *Wernheri* & Gerbirgis *de Raine* annuentibus fratribus & ſororibus eiusdem delegavit ad altare S. Quirini Mart. per manus *Alberonis de Raine* patrui ſui propriam ancillam *Heilkam* & Ottonem filium eius, & omnes liberos, quos deinceps generaret ea condicione, ut cenſum V. denariorum ad altare S. Quirini annuatim perſolvant. H. r. t. ſ. *Etiche de Schaftlohe*, *Albero de Raine*, *Truchliebus* & *Albanus de Pouſenchaim*, *Hainricus de Ismaningen*, *Hartwicus*; *Geroldus fratres de Richerſpouren*, *Richerus de Weſes*, *Iſingrimus*, *Hainricus Swaichuſare*, *Roudiger Haltare*, *ſervi Abbatis*, *Wernhard de Porterkns*, & alii multi.

Ego Albanus Dei gracia Tegrinſenſis Abbas inſinuo cunctis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, Hainricum & filios

filios eius Gebehardum, Chunradum & Albertum & filium eius Heinricum de Pivingen, qui vulgo dicuntur Iudei legitimos cenſuales eſſe V. denariorum ſiti, quia in Tegrinſe, cuius rei teſtimonium, quod parentes eorum a Predeceſſore noſtro Ellingero Abbate acceperant, preſentibus ſcriptis innovavimus. H. r. t. ſ. *Wernherus Camerarius, Oudalricus Kappellanus, Wernherus de Aiterpach, Gotſcalc Notarius, Pertoldus de Iſinpach, Albero de Veltchirchen, Hainricus & Hanwardus de Piburch, Gebehardus de Piwingen*, & alii multi.

Omnium fidelium diſcretioni tam preſentium, quam futurorum ſignificandum duximus, quod due ingenue adoleſcentule Mathildis & Gertrudis tradiderunt ſe ad altare S. Quirini Mart. ad cenſum V. denariorum, annuatim illuc perſolvendum. H. r. t. ſ. *Siboto de Egelinge, Otto de Swertzenbach, Oudalricus de Porterhuſen, Pertold Schurfiſen, Richerius Spicarius de Gemunden, Heinricus de Weſtſewes, Iſingrimus de Wizache, Elbewinus de Aſchowe, Pertoldus, & Geroldus de Monte.*

Num. XII. Sub Abbate Manegoldo 1189. - 1206.

Cunctis Chriſti fidelibus preſentibus ac futuris inſinuamus, Irmingardam de Lanchamphen & liberos eius Diemarum, Hartwicum, Chunradum, Giſilam, Alheidam, Diemoutam ac poſteritatem eorundem legitimos cenſuales eſſe quinque denariorum, ad Monaſterium S. Quir. Mart. Tegrinſe annuatim eundem cenſum Prepoſito, qui res noſtras in montanis diſpenſat, perſolvendum. Et ne ius illorum vileſcat, ſed magis futuris temporibus convaleſcat, ego Manigoldus Dei gracia Tegrinſenſis Abbas & Advocatus Monaſterii Dux *Pertholdus de Meran* ſigillo & ſcriptis confirmamus.

Inno-

Innoteſcat memorie omnium Chriſti fidelium tam preſentium quam futurorum, quod Dominus Manegoldus Tegrinſenſis Eccleſie Abbas redemit Kiſilam & Hailken de ſervitute Domini *Sibotonis de Egeliggen* cum concambio trium mancipiorum, & eas cenſuales in quinque denariis ad altare ſancti Quirini conſtituit. Huius rei teſtes ſunt: *Albanus de Richerſpuren*, *Oulricus*, *Hartwic*, *Kerolt de Richerſpurn*, *Liebhard*, *Wernhard*, *Chuonrad de Uſkofen*, *Truhtlieb*, *Albanus de Puoſenchaim*, *Chuonrad de Warngou*, *Chuonrad Otto de Porterhuſen*, *Ulricus*, *Ruodolfus duo fratres de Hertshuſen*.

Notum ſit tam preſentibus quam futuris, quod quidam nobilis miniſterialis *Perktoldus de Hergertshouſen* filiam ſuam *Irmigardam* delegavit in manus *Sibotonis de Egelingen* cum omni poſteritate ſua, tali conditione, ut eam traderet ad altare ſancti Quirini cenſum V. denariorum annuatim perſolvendam in preſentia Abbatis Mangoldi quod & idem Siboto fideli devotione complevit. H. r. t. ſ. *Liebhardus de Uſhoven*, *Chunradus de Egelinge*, *& frater eius Wernhardus*, *Heinricus de Hartpeningen*, *Chounradus de Niuvoren*, *Truchtlieb de Pouſenheim*, & ceteri quam plures.

Omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus inſinuamus, quod *Sophia de Niuwenperch* filia Domini *Rudolfi de Waldekke*, tradidit propria manu ad altare S. Quir. tria mancipia, liberos Adelheidis de Prunnen, Hainricum, Eberhardum, Dietmoutam, ea videlicet condicione, ut cenſum V. denariorum &c. ut autem nulli prorſus hominum inbeneficientur preſenti pagina & ſubſcriptis teſtibus confirmamus: *Liutoldus de Liechtenſtaine*, *Hainricus de Hortpeningen*, *Etich de Scaftloch*, *Oudalricus de Funſingare*, *Otto de Niuwenberch*, *avunculus ſupradictorum liberorum*, *Oudalricus de Richerſpuren*, *Hainricus Swaichuſare*, *Hainricus Pictor*, *Wernhardus de Porterhus*, *Gundelbrecht de Schorren*, *Otlochus de Finſterwalde*, *Eberhardus*,

dus, & *Oudalricus editui, Heinricus, Truhtlieben*, *Eberhardus de Pourvern*, & alii quam plures.

Fidelium univerſitati omnium tam preſentium, quam futurorum ſignificandum duximus quod nobilis vir *Bernhardus de Ainhartinge*, tradiderit duo predia in iam dicta villa ſita, ad altare S. Quir. Mart. ea conditione, ut ab utroque predio ſingulis annis ad altare predicti Martyris decem denarios in purificatione S. Marie perſolvat, eo vero obeunte minus horum prediorum ſororio ſuo Oudalrico inbeneficietur, ſi uxorem de familia S. Quirini duxerit, ſin autem nulli omnino hominum eadem predia in beneficium tradantur; uſibus fratrum omnimodis profutura. H. r. t. ſ. *Rickerus ſacerdos de Tontenhuſen, Gotpold ſacerdos de Sconowe, Rudolf de Tale, Luitpolt de Porterhus & filius eius Oudalricus Etich de Schaftloch*, *Albero de Raine, Oudalricus de Ainhartinge, Oudalricus de Richerſpurn, Oudalricus de Hertzhus, Gotzcalch de Spileperch*, *Eberhardus edituus*, *Dietpold de Weſen, Iſengrim ſervus Abbatis*, *Hainrieus Pouchpergare*, *Meginhard*, *Hainricus ſervi Camerarii Sigibot Cythareda.*

Cunctis Chriſto militantibus inſinuamus, quod quedam ingenua femina Alheidis filia Luitkardis de Uſhaim delegaverit ſe ipſam cum omni poſteritate ſua ad altare S. Quir. ea condicione, ut cenſum quinque denariorum &c. H. r. t. ſ. *Willihalmus & Ruodolfus de Vagene*, *Liebhart & Pater eius Waltherus de Ollingen*, *Albero Textor de Egerden*, *Wernhard & Hartnid frater de Uſhaim*, *Willehalm de Wellenhaim*, *Werinherus de Domo*, *Meinhardus cenſualis Magiſter*.

Cunctis iuſticiam ſervantibus tam futuris, qaam preſentibus ſignificandum duximus, quod Reinhero, Eberhardo, Pertholdo, Hainrico, Chounrado, Adalheide, & liberis eiusdem, Mathilde, & liberis eius Rutperto Iuditha, & liberis eius Heinrico, Mathilde, & liberis eius Oudalrico Wilibirge, & liberis eius Pertoldo, Roudolſo, & propinqais eorundem, quos *Gotpoldus de Lohhuſen* ſibi iniuſte

vea-

vendicaverat, & quos Hieroſolimam iterans Monaſterio noſtro libere ſerviturоs coram Duce *Pertheldo de Meran* in Munichen remiſit, hanc legem perpetuo habituram, ego Manigoldus Dei gratia Tegrinſenſis Abbas indulſi, ut nulli omnino hominum de cetero in beneficium tradantur, ſed cenſum V. denariorum camerario noſtro annuatim perſolvant. Preterea ſcire volumus, univerſitatem fidelium, nos ſubſcriptis teſtibus probaſſe, nos eosdem homines non a Gotpoldo primum ſed ſupra accepiſſe, unde ſententia illuſtrium virorum decretum eſt, eos ab omni hominum infeſtacione de cetero quietos eſſe. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Wacheringen*, *Hainricus Felix puer*, *Eberhardus de Schondorff & frater eius Hainricus*, *duo de Wolfrathuſen Oudalricus filius Lazari*, *Sigiboto de Chirchaim*, *Richerus de Iarze*, *Chunradus Monetarius*, *Hainricus Pitrich*, *Albanus de Richerſpuren*, *Albanus de Pouſenhaim*, *Richerus de Holzechirchen*, *Oudalricus de Munichen*, *Hainricus Teſtudo & frater eius Otto*, *Sigihardus Faber de Veringen*, *Inchramus de Saſſenchaim*, *Albert de Porterhuſen*, *Chunrad de Waringouve*, *Chunrad de Wachering*, *Fridericus ſervus noſter*, & alii quam plures.

Notum ſit univerſis tam futuris, quam preſentibus, qualiter *Wudalricus de Hohenrein* predium ſuum Roumoltingen, quod in extremis vite ſue libere poſſedit, in manum avunculi ſui *Giſelodi de Oſterndorf*, delegavit tradendum, quo conſanguinei ſui unanimi conſilio diiudicaſſent, & quia Hainricus predicti Oudalrici germanus in Monaſterio S. Quirini ſub monaſtica profeſſione converſabatur, Giſelodus receptis duobus talentis ad reddendum quorumcunque Oudalricus debitor fuerat, tradidit idem predium ſuper altare S. Quir. fratribus eiusdem Monaſterii perpetuo ſerviturum. H. r. t. ſ. predictus *Giſeloldus*, & *Roudolfus de Tale*, & *Lazarus de Wolfratehuſen*, *Albero & Sigifrid de Tale*, *Adalbertus & Wernher de Porterhuſen*, *Wernher & Oudalric de Swaichuſen*, *Hainricus & frater eius de Wachering*, *Meginhart & filius eius de Perneke*,

ke, *Heinricus & Sigimarus de Vinſterwalde*, *Richer & Liutpold de Porterhus*, *Oudalric de Founſingen*, *Routptrtus de Richerſpuren.*

Omnibus Chriſti fidelibus preſentibus & futuris ſignificandum duximus, quod *Heinricus de Wippenchirchen & filius eius Heinricus* delegaverunt famulum eorum Hatſolchum de Taleheim ad altare S. Quirini in die Aſcenſionis Domini ea condicione, ut cenſum V. denariorum annuatim ad predictum altare perſolvat, & ut Dominus Heinricus Pater Iunioris Hainrici eundem Hattſolchum defenſalem habeat, eo autem defuncto filius eius pernihil penitus animam dicto Hattſolcho iure defenſionis & advocatie exigat. H. r. t. ſ. *Rudolfus de Hertshuſen*, *Oulricus de Richerſpuren*, *Wernher de Swaichuſen*, *Chunradus Vagenare*, *Hartwicus & frater eius Geroldus de Richerſpuren*, *Waltman de Weſes*, *Albero de Camera Rudolfus Procurator curie*, *Iſingrinus de Curia*, *Goundelbertus de Scorren*, *Wernherus Chrinnare iunior*, & *Wernherus de Elmowe.*

Univerſitati fidelium tam futurorum quam preſentium ſignificandum duximus, quia nobilis & illuſtris milles *Otto de Routte* accepta peccunia ad octo talenta a Heinrico, qui Swertfurbe dicitur, tradidit eundem Heinricum & ſororem eius Diemoutam propria manu ad altare S. Quir. M. Tegrinſe in locum patris eorum Domini Nortperti miniſterialis Eccleſie noſtre, ut & ipſi lege miniſterialium perpetuo fruerentur, &, remoto in eadem tradicione omni malo, ingenuo Sacramento confirmavit ſe eiusdem traditionis poteſtatem habere. Facta ſunt hec petitione Domini Manegoldi Abb. Tegrinſenſis Eccleſie, ac totius Congregacionis & ad probacionem Miniſterialium. H. r. t. ſ. predictus *Otto de Route*, *Liebhardus & Sigihardus de Tollingen*, *Chounradus de Niuwertingen*, *Chunradus de Uneholzingen*, *Chounradus de Porterhuſen*, *Chunradus de Welelincken*, *Chunradus de Vinſterwalde*, *Heinricus de Ede-*

Edelinch, *Luitoldus de Riet*, *Siboto de Uſkoven*, *Otte de Durinpac*, *Siboto de Steinprucke*, *Waltman Telonearius & filii Ouldalricus & Wernher*, *Rudolſus & Hartwicus diſpenſatores curie*, *Iſingrinus & filius eius Ulricus Cocus*, *Oudalricus Vellesloz*, & alii multi.

Cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris inſinuamus, quia Domina Mathildis de Pouwern delegavit predium ſuum ad Scaftloch ſitum per manus *Liebhardi de Uſkoven & Sibotonis de Egdingen* ad altare ſancti Quirini Mart. coram Domino Manegoldo Abbate & Duce Pertoldo de Meran ea condicione, *quatenus* in anniverſario eius ſervicium fratribus cum erogacione elemoſinarum perſolvatur. Preterea ſubnotandum duximus, quia predicta Mathildis reſignavit homines Domino Manegoldo Abbati, quos ab hoc cenobio inbeneficiatos habuit eo ſcilicet pacto, ut nulli omnino hominum de cetero inbeneficientur, ſed camerario fratrum poſſibilia ſervicia annuatim perſolvant, utriusque itaque rationes teſtes ſunt: *Oudalricus de Scaldinberch*, *Oulricus & frater eius Chunradus*, *Hainricus de Wacheringen*, *Wernhardus & frater eius Chunradus*, *Liebhardus & Siboto de Uſkoven*, *Heinricus de Sindelſtorf*, *Hainricus de Muniſingen*, *Heinricus Muſſe*, *Albertus & Otto de Portcrhuſen*, *Truhtlieb & frater eius Chunradus & Albanus de Pouſenchaim*, *Chounradus & frater Heinricus de Niuwertingen*, *Oulricus Ahorn*, *Albanus de Richerſpuren*, *Otto & frater eius Chunradus de Loufental*, *Siboto de Chirchaim*.

Preterea ſubnotandum duximus, quia obeunte predicto Duce Chunrado de Dachou quidam Dietmarus querimoniam movit, ſuper predium in Walde ſitum, que querimonia in tantum proceſſit, ut iudiciario ordine nobis & illi dies diffinitionis in Rardorf ſtatueretur, ubi preſidentibus tribus preconibus Sifrido, Friderico & Gozwino eadem cauſa XII. ſolidis Ratisponenſis monete deciditur,

 quos

quos Dominus Heinricus de Swinperch Cellerarius huius congregacionis tali condicione perſolvit, quatenus predictus Dietmarus & liberi eius ſuper idem predium queſitum & inquiſitum nullam de cetero haberent queſtionem, ſed libere & ſine omnium hominum impulſacione uſibus fratrum hic Deo militantium in perpetuum deſerviret. H. r. t. ſ. *Oulricus de Sinſe*, *Albertus Scober*, *Albertus de Scomuwe*, *Alramus de Elmouwe*, *Heinricus de Megelingen*, *Albero de Guntherſperge*, *Sifridus Preco*, *Gozwinus Preco*, *Richherus Frumentarius in Gemunden*, *Heinricus Elmouwero*, *Heinricus & frater eius Siboto de Wachering*, *Wernherus de Hofdorf*, *Gotfridus Cecus*, & alii quam plares.

Animadvertant omnes fidles Chriſti tam preſentes quam futuri, qualiter Pertha Miniſterialis ſancte Marie delegavit ancillam ſuam nomine Adelheidam, & liberos eius Heinricum, Diemutham & Irmingardam, ad altare S. Quirini ad ſerviendum peregrinis in hoſpitali, ita, tamen, ut nunquam poſſint inbeneficiari vel a predicto ſervicio alienari. H. r. t. ſ. *Sigimar*, *Meginhart de Wacheringen*, *Sibot Wernher & filius eius Richer*, *Chunrat & filius eius Siboto de Porterhus*, *Hartman de Herprechteshuſen*, *Albert de Porterhuſen*, *Gebehart de Oſtenminen*, *Walchoun de Gemunden*.

EXPLICIT FELICITER IN DEI NOMINE.

MO-

MONUMENTA TEGERNSEENSIA.

Diplomatarium Miſcellum.

Num. I. Iura Parochiarum Tegernſeenſium. 804.

Brevem commemoratorium de cauſa ſancte Marie ſemper virginis, & beati Corbiniani confeſſoris Chriſti domo Epiſcopali, qui dicitur Friſinga, quomodo Atto Epiſcopus interpellavit *Adalbertum Abbatem*, & *Zachonem Vicarium* eius pro cauſa ſancte *Marie*, que abſtracta iniuſto ordine fuit, partibus illorum protulit predictus Epiſcopus ſententiam ſuam coram Epiſcopis, & Abbatibus, quorum nomina hic ſcripta continentur; erant enim congregati ad Eccleſiam beati Emmerami Martyris Chriſti, que eſt ſita prope civitatem, qui vulgo nominatur Reganespurc.

Hec ſunt, nomina virorum religioſorum, & prudentium. In primis Altheus Epiſcopus, Walterich Epiſcopus, Arn Epiſcopus, Itheri Abbas, Ato Diaconus ſive Abbas, Hunrich Abbas, Urolf Abbas, Reginperht Abbas, item Reginperht Capellanus Presbyter, Wolfheri Capellanus Presbyter, Petta Abbas, Cunzi Presbyter, coram iſtis omnibus ſpoponderunt predicti Abbates *Adalperht* & *Zacco* omnia ſe reddituros ad domum beate Marie, quicquid exinde iniuſto ordine abſtractum habuerunt, & per Wadium illorum utrique manibus ſuis, quaſi coacti in manu Epiſcopi Attonis dederunt, dicentes, ſe reddituros ex integro iuſtitiam ſecundum rectum iudicium faciendam, ſed nihil profuit de his omnibus; unde Wadium dederunt ne quicquam de iuſtitia noſtra ad illos invenire potuimus. Cum non poſt multam temporis contigit enim, ut *Meginhart Abbas* ipſius domui vivente Zaccone regimen accepit, deinde venerandus vir Atto Epiſcopus, & Maginhar-

hardus Abbas pro hoc condixerunt publicum placitum fieri, & qualiter adunata eſt cohors, & ſtipata caterva in loco, qui dicitur Tegarinſeo ad translationem corporis ſancti Martyris Chriſti Quirini hic intelligitur. Ipſo die reſedentibus viris inluſtriſſimis Arnonem Archiepiſcopum, Attonem Epiſcopum, Oadalhardum Epiſcopum, Hiltigero vocato Epiſcopo, Maginhardo Abbate, Cundhario Abbate, Ellanodo Archipresbytero, Perhtrado Presbytero & Cappellano Domni Imperatoris, Oaldalfrido Presbytero, Zacchoni Monacho, qui quondam Abbas, Rihheri Presbytero & M. Iſaac Presbytero & M. Lantold M. Eperhart M. Arn M. & omnis Congregatio ipſius Monaſterii, in ſuper Droant Comes Pippinus Comes Cundhart Comes Reginhart Cent. Domni Imperatoris, Maginhart, Amalrich, Swarzolf, Hitto, Amo, & alii plurimi. Facta eſt ibi inquiſitio, & ventilata cauſa inter Attonem Epiſcopum, & Maginhardum Abbatem ex ipſo Monaſterio iam dicto. Atto Epiſcopus requirens Eccleſias baptismales ad ſuum epiſcopatum legitime pertinentes, id fuerunt, ad Aſcwendingas, & ad Hartbeningas, ad Egilingas, Worm, Goiollinga, Tanchiricha, Zezinhuſir, Holzhuſir, Hrodungeschiricha, Phunzina, Helphindorf, ad Funſinga, ad Pohloh, & decimam de Eccleſia ad Feldkirc, & Eccleſiam ad Holzhuſin de traditione quendam noviliſſimi viri nomine Dd. & illam Parochiam ad Taukirc, & altaria duo conſecrata, & ad Teorhage, eo quod iniuſte abſtracte eſſent de ipſum Epiſcopatum, & conlocate in illorum Monaſterio multo iam tempore. Tunc ipſe Maginhardus Abba iuxta auditum, & dicta multorum hominum, qui illud adſerebant, retinere temptabat in multitudine hominum traditionem ad ipſius Monaſterii facta. Tunc Arn Pontifex taliter adlerens aiebat: Si iſtas Eccleſias & omnia, quicquid a te repetit Dominus Atto Epiſcopus, habere vis, veniat Advocatus tuus in preſente, & faciat inde legem, & conquiratur ad ipſa caſa Dei quic-

quicquid legitime ſecundum ordinem conquiri poteſt, ſin autem, reddatur, qua legitime poſſidere non queas. Poſt hoc dictum venerunt iterum ipſi inter ſe, & placitaverunt, qualiter illos ad concordiam pacis revocare potuiſſent, quod ita & fecerunt. Tunc Maginhard Abba reddidit ipſas Eccleſias, & decima, & dua altaria in ipſo loco reſtituenda, que iniuſte abſtracte fuerant; coram iſtis preſentibus Attonem Epiſcopum per manus Arnonem Pontificem, & Ellannod Archipresbyterum, ea ſcilicet ratione, ut ſi valuiſſet inveſtigare per veraces teſtes, quod plus legitime ad ipſum ſuum Monaſterium ob traditionem uobilium hominum pertinere deberent, quam ad ipſum epiſcopatum, ut hoc cum licentiam & gratiam ipſius Epiſcopi requirere liceret, que ſecundum Canonicam inſtitutionem fieri potuiſſet. Poſt ea vero Arn Pontifex ſupplicavit Attonem Epiſcopum, ut ipſas Eccleſias per preſtitum beneficii reſtitiſſet hoc Maginhardum Abbatem, excepto illa decima tali ordine, ut ipſa decima ad ipſas Eccleſias tali tenore accipiat, ſicut ſolitus eſt accipere ipſe Epiſcopus ad ſuos parochianos presbyteros, quod ita & factum eſt. Eccleſiam vero ad Tankirc, & altaria ſupra ſcripta ipſe Epiſcopus ad ſuum epiſcopatum retineat, cum omni decima ſua, & ita ſtatuerunt inter ſe, atque definierunt, ut ſi amplius nullam calumniam inde generaret ipſe Abbas partibus ipſum Pontificem easdem Eccleſias legitime uſitare deberetur, excepto ſicut diximus illa decima legitima, ſicut ſuperius intimavimus. Si vero pro ea ullam calumniam preſumeret generare ipſe Abbas, & ſui, & rebelles fieri, atque lites excitare ſuperbiendo contra ipſum Pontificem, vel contra canonicam inſtitutionem, vel ipſam convenientiam irritam fieri poteſtatem, habeat ipſe Epiſcopus ipſas Eccleſias ſupra memoratas ad ſuam revocare epiſcopalem ſedem. Actum Tegarinſeo Monaſterio publico XVI. Kalendas Iulii anno quarto Imperii Domini noſtri

ſtri Karoli Sereniſſimi Auguſti, indictione XII. in Dei nomine feliciter amen. Berhtarius Notarius hanc notitiam ſubſcripſit.

Num. II. Reſtauratio Monaſterii per Ottonem II. Imp. Anno 979.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente clementia Imperator Auguſtus. Quia Regum vel Imperatorum pia conſuetudo ſemper fuerat Eccleſias Dei ob æternæ retributionis præmium ſuis condonationibus exaltare vel renovare, idcirco & nos predeceſſorum noſtrorum religioſam devotionem ſectari ſtudentes propter ſalutis æternæ mercedem & ſtatum Regni ac Imperii noſtri Eccleſias & ſumptus Deo militantium libenter peraugmentare cogitamus. Unde & notum eſſe volumus univerſitati fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum qualiter cariſſimus frater noſter *Otto Alamannorum & Bawariorum Dux* ſerenitatis noſtre intulit auribus eſſe quoddam in Bauuarica ſui ducatus provincia cenobium Tegarinſeo dictum quod duo germani fratres & inluſtres comites in ſuo & de ſuo patrimonio temporibus Pippini Regis Francorum ipſius permiſſu condiderunt, & regio mundiburdio commendaverunt & a ſanctiſſimo Papa Zacharia ipſi Germani fratres Adalbertus & Otgarius, quos ſupra prelibavimus corpore beati Quirini Martiris impetrato venerabile reddiderunt, ubi omni Patrimonio ſuo contradicto ipſi coma capitis depoſita monachico habitu ſuſcepto unus de duobus fratribus Adalpertus nomine in eodem loco centum quinquaginta monachorum primordialis extitit Abbas. Hæc nempe principalis & regia extitit Abbatia, & religioſis Abbatibus quam pluribus inſignis, privilegiis anteceſſorum Regum Pippini videlicet & Karoli magni, Hludouuici, Karolimanni roborata, & ab omnium diſtrictione perſonarum immunis; donec laycorum tradita dominio clauſtrum, & officinas monachorum cum uxoribus habitare ceperunt, & for-

debant

debant canibus clauſtra ſacrata domus. Ex quo monachis ſtipendiis ſuis ereptis tota ibi religioſa deperiit vita: & ſpurcicia atque nefarus rebus invaleſcentibus, mox celeſti vindicta Monaſterium & omnia eius edificia cum libris & Eccleſiaſtico cultu igni concremantur; Nos ergo imperiali miſeratione huic loco hactenus prolapſo ſuccurrere volentes, per interventum dilectiſſimi nepotis ac fratris noſtri Ottonis Ducis, ſupradictorum regum & Imperatorum auctoritatem ſequentes ipſi cenobio Tegarinſeo dicto in pago *Sundargowe* & in *Comitatu Liutpoldi* Comitis ſito & in honore Apoſtolorum Petri & Pauli atque Quirini Martiris dedicato, ſecundum regularem vitam Hartwicum nomine præfecimus Abbatem, quem etiam cum loco illi a nobis comiſſo in mundeburdium noſtræ defenſionis ſuſcipientes ſibi & omnibus huic loco ſuccedentibus Abbatibus ſub regia & imperatoria tuitione manere hac noſtri auctoritate conceſſimus. Ita ut ipſe prefatus Abbas ſuique ſucceſſores ſub regia & imperiali defenſione rectitudinem illius Monaſterii deinceps habeant, omneſque res ad predictum monaſterium iure modo aſpicientes vel quas Deus illuc in futuris amplificare voluerit in *pratis* & *alpinis paſcuis*, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis, & inviis cum decimatione totius Abbacie & preſenti ac futura ſilvarum exſtirpatione ſub Abbatis eiusdem loci poteſtate absque ullius perſonæ contradictione perenniter ſubſiſtant. Inſuper etiam Monachis præſentibus ac futuris inter ſe eligendi Abbatem noſtræ Maieſtatis imperio poteſtatem conceſſimus, & ubicumque eorum naves ſive carri vel ſaumarii advenerint absque thelonei exactione pertranſeant. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas firma in futuris temporibus & inconvulſa permaneat hoc noſtræ Maieſtatis preceptum inde conſcribi & manu propria ſubtus notatum ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum Domni Ottonis invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius ad vicem Wil-

ligiſi Archicapellani recognovi. Datum IIII. Idus Iunii anno Dominice incarnationis DCCCCLXXVIIII. Indictionis VI. Anno vero Regni ſecundi Ottonis XIIII. Imperii autem XI. acta *Bruomade* feliciter amen.

Num. III. Heinricus II. Imp. donat Tegernſeo curtile in Ratisbona. Anno 1002.

In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis. Heinricus celica imperante clementia Rex electus. Dum cunctis mortalibus a Deo conceſſum ſit, ſecundum proprium arbitrium uniuscuiusque, pro felicitate & ſpe manſura ſibi præcavendo poſſe theſaurizare futura bona: idcirco notum volumus eſſe cunctis fidelibus præſentibus & futuris, quod ad proſperitatem regni noſtri & vitam perennem promerendam, impetrante venerabili viro Ebarhardo Abbate ad Monaſterium S. Quirini dedimus unum curtile in Ratisponenſi civitate ſitum iuxta mercatum vicinum loco, qui dicitur *Ahachircha* in Comitatu *Ruodperti*. Et ut hæc noſtra regalis traditio absque ulla contradictione ad idem Monaſterium firmiter permaneat iure perpetuo, *propria manu in hac charta ſubnotavimus ſignum* a) & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus imaginari. Signum Domni Heinrici Regis invictiſſimi. Egilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognovi. Data II. Id. Nov. anno Dominicæ incarnationis MII. Indict. I. anno vero Domni Heinrici Reg. I. Actum Radesbona.

a) Notabile omnino exemplum monogrammatis, in quo clariſſime apparet, quidnam fuerit *ſignum*, quod Heinricus II. *propria manu* in diplomatibus ſuis *ſubnotare* ſolebat. Scilicet in vulgus notum eſt monogramma ipſius niti littera fundamentali H. reliquis elementis per contignationem adiectis. Atqui vero vel luſcitioſo hoc noſtrum diploma Tegurinum intuenti patebit, transverſalem lineam, quæ rectas duas coniungendo litteram H. efficit, alio atramento, alia manu, eaque vacil-

vacillante fuiſſe deſcriptam ; ita quidem ut non exilior modo ſit reliquis, rudiorque, verum etiam inæqualis, tortuoſa, ex tribus diverſis punctis male inter ſe cohærentibus proficiſcens atque ulterius quam par eſt procurrens. Eadem fere criteria, ſed minus clare expreſſa deprehendi in monogrammate Heinrici noſtri quo ornatur diploma anni MXI. hic N. V. Conradinum vero diploma an. MXXV. quod hic eſt VIII. easdem notas adeo manifeſte repetit, ut nullum omnino ſupereſſe queat dubium, quin linea hæc transverſalis tam rudi ſtilo ducta manu propria Cæſaris fuerit exarata, reliquis elementis lineisque omnibus manu notarii elegantiſſime formatis. Firmant hæc omnino obſervationem VVilthemii apud Papeprochium Prop. ant. P. 1. c. 4. §. 63. pag. 15.

Num. IV. Heinricus II. Imp. donat. Tegernſeo Liubnam in Auſtria. Anno 1002.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis *Heinricus* divina favente clementia Rex. Si Eccleſiis Dei eisque famulantibus aliquid boni vel comoditatis impendere curaverimus, nobiš hic & in futuro maxime proficere procul dubio ſperamus. Quapropter omnium Chriſti fidelium noverit univerſitas qualiter nos divina inſpiratione compuncti, nec non pro remedio animæ noſtræ parentumque noſtrorum, Ottonis ſcilicet ſenioris noſtri tertii Imperatoris Auguſti ac aliorum, ſive Chunigundæ contectalis noſtræ, Monaſterio in loco Tegrinſee conſtructo, atque in honore ſancti Quirini M. dedicato duas hobas in oriente in loco Luipna nuncupato iuxta Danobium in comitatu Heinrici, per hanc noſtram præceptalem paginam concedimus, atque largimur in manus Ebarhardi Abbatis ſupradicti Monaſterii. Ea quippe ratione, ut ſuccedentes Abbates eiusdem Monaſterii de iam dictis hobis dehinc liberam habeant poteſtatem quicquid eis, ad utilitatem tamen eiusdem Eccleſiæ, placuerit faciendi omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ donationis auctoritas

permaneat hoc præceptum inde conſpriptum *manu propria corroborantes* ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus. Signum Domni Regis invictiſſimi. Engilbertus Cancellarius vice Wigiliſi Archicapellani recognovi. Data II. Id Novembr. anno Dominicæ incarnationis MII. Indict. I. anno vero Domni Heinrici Regis I. Actum Radesbonæ.

Num. V. Heinricus II. Imp. donat Tegernſeo bona in Auſtria. Anno 1011.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Heinricus divina favente clementia Rex. Cunctis noſtris fidelibus notum eſſe volumus præſentibus ſcilicet atque futuris, qualiter ob noſtræ animæ, noſtrorumque parentum remedium æternæque vitæ deſiderium, interventu quoque dilecti noſtri Godehardi Aldahenſis Abbatis prædia quædam cuiusdam artificis Perangarii, quæ ad Monaſterium S. Quirini Martyris ad Degerenſe pertinebant, eo quod idem ſervus eiusdem eſſet Eccleſiæ, ab Imperatore Ottone noſtro anteceſſore in Francia & Turingia ſibi conceſſa, in noſtrum ius cambiando recepimus, econtra vero ultra fluvium Anizim in comitatu *Heinrici* Marchionis in oportuno loco iuxta prædium eiusdem Eccleſiæ Crebezbah dictum in meridiana plaga interiacentis ſtratæ publicæ, quæ Hohſtraza vulgo nuncupatur partem Sylvæ Eniſiwalt dictæ, hobas regales LX. ad ſupradictum cœnobium Degernſee in uſum Monachorum inibi Deo famulantium per hanc noſtri præcepti paginam concedimus, & de noſtro iure in ius ac dominium eorum cum omnibus utenſilibus, quæ ibi inveniri, vel aptari poſſunt, prorſus transfundimus; & ſi ibi in integrum inventæ non fuerint, in proximo loco noſtro ſuppleantur: eo videlicet tenore ut illius loci Abbates exinde liberam habeant poteſtatem in uſum eorumdem Monachorum, quicquid eis inde faciendi placuerit omni hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ donationis auctoritas, firma & ſtabilis conſtet, hanc chartam ex no-

ſtra

ſtra iuſſione ſcriptam ac ſignatam *manu propria firmavimus*. Signum Domni Heinrici Regis invictiſſimi. Guntherius Cancellarius vice Erchanbaldi Archicapellani recognovi. Data XIIII. Calend. Iulii Indict. VIIII. anno Dominicæ Incarnationis MXI. anno vero Domni Heinrici II. regnantis X. Actum Randesbure.

Num. XI. Heinrici II. Imp. confirmatio bonorum in Auſtria. Anno 1019.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Si dignis noſtrorum fidelium *peticionibus* aſſenſum præbere decrevimus, his ſcilicet, qui pro ſtatu regni, omniumque Eccleſiarum Dei, & pro noſtræ animæ remedio atque noſtrorum parentum noſtram adeuntes clementiam deprecantur quatenus Eccleſias Monaſteriorum Dei ſublimare, exaltare, atque ditare ſtudeamus, non ſolum nos ab ipſo retributionem accepturos ſperamus, ſed etiam ſtatum regni ſublimari putamus. Proinde cunctorum ſanctæ Dei Æccleſiæ, noſtrorumque fidelium recognoſcat induſtria, qualiter per interventum, ac petitionem Chunigundæ noſtræ dilectiſſimæ coniugis, & Imperatricis, atque Gotehardi noſtri dilecti Abbatis, Monaſterio S. Quirini, quod ſitum eſt in loco eo, qui nominatur Tegrinſe duos regales manſos ſitos in loco, qui dicitur Luipana inter duos lapides Waltſtein, & Holinſtain donamus, & proprio iure concedimus cum ædificiis, cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, viis & inviis, exitibus & reditibus, aquis, aquarumve decurſibus, piſcationibus, quæſitis & inquirendis, quatenus eiusdem prædicti Monaſterii Abbas ad utilitatem ibidem Deo ſervientium liberam habeat poteſtatem commutandi atque ordinandi omni contradictione remota. Si quis igitur hanc noſtri præcepti paginam violare vel ſpernere præſumpſerit, ſciat ſe redditurum rationem omnipotenti Deo in die iudicii, & noſtri gratiam in præſenti ſeculo nunquam conſecuturum.

Et

Et ut hæc verius credantur, diligentiusque ab omnibus obſerventur *manu propria corroborantes* ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum Domni Heinrici Romanorum Imperatoris Augusti invictiſſimi & ſereniſſimi. Guntherius Cancellarius ad vicem Erchanbaldi Archicapellani recognovi. Data anno Dominicæ Incarnationis MXVIIII. Indict. II. V. Idus Ianuarii, anno vero Domni Heinrici regnantis XVII., imperii vero eius anno V. Actum Chuoſunge feliciter, Amen.

Num. VII. Henrici II. Donatio bonorum in Auſtria. 1020.

In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis Heinricus divina favente Clementiv Romanorum Imperator Auguſtus, Eccleſiarum Dei ſublimationi inſiſtere, Deoque ſervientium commoditatibus providere regali & imperiali dignum eſſe ducimus honori. Proinde notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, qualiter nos per interventum Gotehardi Altahenſis cenobii venerandi Abbatis Eccleſiæ in honorem S. Quirini M. ſub regula Monachica in loco, qui Tegrenſe dicitur conſtructæ quinque regales manſos inter duos fluvios,. id eſt Piſtnicha, & Triſtnicha in Marchia Adalberti Marchionis ſitos cum omnibus appendiciis, ſcilicet areis, ædificiis, agris cultis & incultis, exitibus & reditibus, paſcuis, pratis, aquis aquarumue decurſibus molendinis, piſcationibus, ſilvis, venationibus & cum omnibus utilitatibus, quæ vel ſcribi, vel nominari poſſunt, per hanc regalem & imperialem paginam in proprium donamus atque concedimus: ea videlicet ratione, ut Ellengerus eiusdem loci Abbas ſuique ſucceſſores liberam exinde habeant poteſtatem, quicquid eis placuerit faciendi ad utilitatem tantum præfatæ Eccleſiæ & fratrum ibidem ſub S. Benedicti regula Deo ſervientium omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ donationis authoritas ſtabilis & inconvulſa omni

per-

permaneat aevo hoc præceptum inde conſcriptum *propria manu corroborantes* ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum Domni Heinrici invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti. Guntherius Cancellarius ad vicem Erkenbaldi Archicapellani recognovi. Data IIII. Kal. Iunii. Indict. III. Anno Dominicæ incarnationis MXX. Anno vero Domni Heinrici II. regnantis XVIIII. imperantis vero VII. Actum Alſteti feliciter amen.

Num. VIII. Privilegium Conradi II. Imp. An. 1025.

In *nomine* ſanctæ & individuæ trinitatis Chuonradus divina favente clementia Rex. Si eccleſiis Dei eisque famulantibus aliquid boni vel commoditatis impendere curaverimus, nobis hic & in futuro maxime proficere procul dubio ſperamus. Qua propter omnium Chriſti noſtrique fidelium noverit univerſitas, qualiter nos per interventum Engilgeri Abbatis cortem *Worngowe* dictam quam anteceſſor noſter Heinricus Imperator videlicet auguſtus pro remedio animæ ſuæ nec non Chunigundæ contectalis ſuæ parentumque ſuorum ad Monaſterium in loco Tegrenſe conſtructum atque in honore S. Quirini Martyris dedicatum regaliter dedit; nos etiam regaliter eandem eidem Eccleſiæ, cum omnibus eius appenditiis, areis, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus cultis & incultis, quæſitis aut quærendis, viis inviis exitibus & reditibus ſeu cum cunctis utenſilibus quæ quoquomodo ſcribi vel nominari poſſunt affirmamus: ea videlicet ratione ut prædicti Monaſterii Abbates de iam dicta corte eiusque pertinentiis dehinc liberam habeant poteſtatem quodlibet utile faciendi ſine alicuius contradictione. Siquis autem quod abſit hanc noſtræ reconfirmationis auctoritatem infregerit anathemate percutiatur. Inſuper omnes eiusdem Monaſterii res mobiles aut immobiles reconfirmamus & ſub noſtro mundiburdio firmiter recipimus & ut hec

hæc noſtræ confirmationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo hoc præceptum inde conſcriptum *manu propria corroborantes* ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri. Signum Domni Chuonradi ſecundi Regis invictiſſimi Udalricus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognovi. Data II. non. Mai Indictione VIII. Anno Dominicæ incarnationis MXXV. Anno vero Domni Chuonradi ſecundi regnantis I. Actum Megelendorf.

b) Monogramma diplomati huic adiectum ſiſtit exemplum omni omnino exceptione maius, quod Cæſares Regesque Germaniæ noſtræ lineam transverſalem in littera fundamentali, qua monogramma ipſum nitebatur, conſpicuam, propria manu exarare, ſolebant. Conf. Not. ſupra diplomati Heinriciano anni MII. Num. 3, ſubiuncta.

Num. IX. Notitia latifundiorum per Arnoldum Baj. Ducem Tegernſeo ſubtractorum; conſcripta circa Annum 1060.

Hec deſcriptio manifeſtat loca de Tegernſe ablata cum nominibus eorum, qui eadem habent in Beneficium.

Otto de Diezun preſes habet Phyncina. Vereſteti, Agaſinga Riskinhart. Kandesheim Slutheim. Amerveld. Holapach. Popunhuſa Eskilpach. Purchuſa. Talahuſa. Heidolvinga Ouvua Munihha. Hollzollinga. Ollinga. Eperespruna. Sichkinhuſa. Veldchiricha Ouviſta. Perega. Rihheriſpurga. Cruvinſinga.

Engelprecht preſes habet, Sahſſinheim Piurra Oskantinga. Rimiſtinrein. *Rihherriskuſa* Dauinga. Berga Chemphinhuſa, Pouhlah Aragartin. Hard. Velloh. Olliaga. Tulichinga. Hohinchircha. Hegilinga Holzhuſa. Sconinouvva. Perloh. Hieſinga Herinhus. Iſmaninga Niuvara.

Welf preſes habet, Gouuirichinga. Lateresheim. Kieſinpach. Gelcinga. Miltaha. Tunnihuſa, Sietzentehuſa. Chemphinga.

ga. Ertirpach. Outinpurch. Sluthein. Hahhinga. Heimkart. Suſſſinloh. Ottarloh.

Chouno preſis de Rikpoldiſperga habet Luzzilanaſpach, Varnolfishuſa Luttrinpach Dornigipach. Policha. Otinpurc Peichinhuſa Pernplaga Abbatesdorf Oſtolvinga, Perahhah.

Chuno Auſicus preſes habet Fricchindorf Munihha Siezpach.

Heinricus Ratisponenſis preſis habet Linthart Opnpach. Craſolvinga.

Ernuſt Marchio habet Ilminnmunſtura Cholapach Kervedeshuſa Puvuantishuſa Nouringesdorf Chrauuinchel. Wiperein. Erſinga. Rihherishuſa. Rieth Pouhha Hetnishuſa Gozilchuſa.

Epiſcopus Pazenhovenſis abbatiam habet ad ſanctum Yppolitum.

Epiſcopus Tridentinus habet in Pozana. XL. Carradas viri.

In Halla. XXII. loca ſunt ablata Abbati in quibus patelle ſunt ad conficendum ſal.

Num. X. Confirmatio fundationis Ditrammicellenſis. Anno 1102.

In nomine ſancte & individue trinitatis. Ego Hainricus Dei gratia ſancte Friſingenſis Eccleſie Epiſcopus, ex petitione dilecti filii noſtri Dedaſchalci Abbatis Tegernſenſis Monaſterii univerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum inſinuo, quod prefatus Abbas conſenſu noſtro ac totius capituli & aſtipulatione *Bernhardi & Sigibotonis de Newenburch* advocatorum ſui Monaſterii, & conſilio & coniventia ſue congregationis & miniſterialium ſuorum, in allodio eiusdem Monaſterii quod Egelingarevurt dicebatur,

 col-

collectis fidelibus atque religioſis perſonis ad divine religionis cultum cellam beati Martini laudabiliter inſtituit, ordinem ſecundum regulam ſancti Auguſtini inviolabiliter ibi obſervari conſtituit, poſſeſſiones, quibus ipſe eandem Eccleſiam ditavit, cum oblationibus fidelium quas eadem Eccleſia conſequi poſſet, uſibus fratrum ibidem Deo ſerviencium deſervire conceſſit. De inſtitutione vero prepoſiti nobis annuente & prepoſito *Dietrammo* preſente ita ordinavit, ut obeunte prepoſito fratres eiusdem Celle, *conſilio Abbatis*, concorditer ſibi prepoſitum eligant & electus poſſeſſiones & inveſtituram temporalium ab eo accipiat, nobis autem de ſpiritualibus reſpondeat. Et ut hec inſtitutio in futuris temporibus firma & inconvulſa permaneat, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Acta ſunt hec apud Waringoue XVII. Kal. Nov. Anno Dominice incarnationis MCII. Indict. X. anno Epiſcopatus noſtri Vto. Huius rei teſtes ſunt: de Canonicis matricis Eccleſie *Hainricus*, *Wichmannus*, *Herrandus*: de parrochialibus eiusdem Monaſterii *Wernhard de Waringou*, *Udalricus de Harpenigen*, *Gerwicus de Gmunden*. De nobilibus *Sigiboto Advocatus*, *Werinhard de Stouffe*, *Otto de Grube*, *Udalſcalch & Rihher de Hohenperch*; de Miniſterialibus Eccleſie: *Rudolf & Otto de Riholueſtorf*, *Eymo de Dietprehtestkirchen*, *& filius eius Ainuicus*. *Udalricus*, *Hainricus & duo filii eius Sigimar*, *Wolfolt de Wacheringen*; *Sigiboto Ekkehart*, *Hainrich Werinher de Hartpenigen*, *Pilgrin Megenhard Oufhouerii*, & alii quam plures.

Not. Cartæ huic in apographo antiquiſſimo, quod ſeculum XII. necdum adultum ſapit, ſequentia præfixa ſunt:

Udalſchalcus pie memorie huius cenobii Abbas, qui venerabili Abbati *Ewerhardo* ſucceſſit, divinitus inductus, conſenſu Domini *Heinrici* Friſingenſis Eccleſie Epiſcopi, & coniventia matricularium Advocatorum noſtrorum *Bernhardi de Grube*, *& Sigibotis Comitis*

tis de Neunburgk, & aſtipulatione huius congregationis, & miniſterialium huius Eccleſie, fundavit Cellam ac prelaturam in allodio huius Monaſterii in loco, qui *Eglingerfurt* dicebatur; collectis ibidem religioſis perſonis ad divini ſervitii cultum. Dotavitque eandem Eccleſiam de ſui Monaſterii poſſeſſionibus preficiensque huic titulo prepoſitum huius Eccleſie filium *Dietramnum*: de inſtitutione futurorum prepoſitorum coram Domino Friſingenſi Epiſcopo *Heinrico* & eius capitulo conlaudanteque primo prepoſito *Dietramno*, & cum collectis ſibi perſonis, ſic diffinitum eſt, & privilegio confirmatum. ut obeunte prepoſito, fratres eiusdem Eccleſie conſenſu & conſilio Abbatis prepoſitum ſibi eligant; & electus poſſeſſionem & inveſtiturum temporalium ab Abbate Tegrinſeenſi accipiat: Domino Friſingenſi Epiſcopo in ſpiritualibus reſpondeat. Acta ſunt hec Incar. Dom. An. milleſimo centeſimo ſecundo.

Hec ſunt predia quibus cella beati Martini dotata & ditata eſt a Tegrinſeenſis Eccleſie Abbatibus quorum quedam miniſterialibus inbeneficiata, & Abbatibus reſignata per manus Abbatum tranſierunt in poſſeſionem predicte Eccleſie. Alia autem largitione Abbatum, & oblatione fidelium Tegrinſeenſium eo quod eadem Eccleſia a Tegrinſenſi cenobio fundata eſſet, quod conivenția Abbatumcollata ſunt: *Eglingerfurt* cum ſilva ſimul cum allodiis Domini *Wolfoldi de Riett* miniſterialis Eccleſie noſtre, que predia in dotem data ſunt, eidem Eccleſie a venerabili Abbate noſtro *Udalſcalco*, in quibus etiam idem titulus fundatus eſt ſub Paſcali Papa ſecundo regnante *Heinrico* Imperatore quarto; temporibus Domini *Heinrici* Friſingenſis Eccleſie Epiſcopi. Predia in *Rampretshovin* que concambita ſunt cum predio in *Seghenbunt*, quod erat cuiusdam miniſterialis femine huius Monaſterii. Predium in *Prunnen*. Predium in *Gramanſtorf*. Predium in *Puechen*. Predium in *Wizendorff*, quod venditum eſt per concambium pro predio *Biburg*: predium *Muzenharde*, predium

Perchaim, predium *Piſcoffeshoven*, predium iuxta *Schnaitte*, predium in *Hagenah*. Item duo predia in *Piſcofshoven*, predium *Pillungshoven*. Item predium *Hugenah*, predium *Ysmaningen*, predium *Talekeim*, predium iuxta *Aigelswanch*, predium *Hellſendorf*, predium *Sigeho-kenſprunn*, predium Domini *Werneri de Pawrn*; *Aſchotingen* duo predia, & V. mancipia.

Not. Monumenta Ditramnicellenſia potiora, quotquot eorum in ſcriniis Tegurinis reperire potuimus, Tegernſeenſibus hiſce inſeremus. Scilicet cum R. Præſul Ditramnenſis Franciſcus vix quindecim cartulas leviuſculi prorſus momenti in ſcriniis ſuis ſupereſſe affirmaverit nobis, aditum ad ſcrinia ipſa nequicquam efflagitantibus, iniurios nos fore putavimus in Tegernſeenſes noſtros, ſi Monumenta graviſſimi argumenti apud ipſos reperta ſpicilegio Ditramcellenſi, ægerrime ad nos transmiſſo, intermiſceremus.

Num. XI. Concambium cum Eccleſia Friſingenſi. Anno 1114.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentibus atque futuris, quod olim exorta eſt quedam complacitatio inter Friſingenſem Epiſcopum, & Tegrinſenſem Abbatem, ſcilicet pro decimis & novalibus apud *Gemunden*, *Weherigen* & *Munchen*. Tandem tempore Domini *Heinrici* Friſingenſis Epiſcopi & Aribonis Tegrinſenſis Abbatis; utriusque eccleſie fidelibus in Nonis Septembr. apud Muoſpach convenientibus, placuit utrisque legittimo concambio litigium finire; datis per manum Tegrinſenſis advocati *Sigibotonis* duabus hubis in *Grabanouua* ſitis cultis atque poſſeſſis cum quindecim mancipiis, prefato Epiſcopo preſente & collaudante, nec non & *Ottone* Friſingenſis Eccleſie advocato hoc affirmante, ſimulque clero utriusque Eccleſie cum Miniſtris legittime cum proficuo iudicante & concambiente. Unde ſiquis ſucceſſorum hanc conventionem infringere & irritare velit, digno feriatur

tur anathemate, quia querit diſcindere pacem & unitatem Eccleſie. Hec acta ſunt *Muospach* Nonis Septemb. anno Dominice Incarnationis MCXIIII. Indict. VII., anno autem Domini *Heinrici* Friſingenſis Epiſcopi XVII. tempore *Heinrici* Regis quinti. Teſtes de nobilibus: *Otto de Gruoba*, *Friderick de Dachova*, *Hodalſcalc de Brucca*, *Werinhart de Stoufa*, *Luitpolt de Tritkeriſtetin*, *Gebolf de Pihartingen*, *Tagmo de Prucca & filii eius Adalpero*, *Perchtolt*, *Hartman de Rutta*, *Wolfſtrigel de Perga*, *Udalſich de Luibratesdorf*. *Teſtes de miniſtris Eccleſie Egino de Dietperhteschirchen & filii eius Adalprecht*, *Einwick*. *Iſinrich de Lochchirchen*, *Rudolf & Otto de Richolvelsdorf*. *Otto Scirhund*, *Wolvolt de Wacheringen*, *Hartman de Puoſincheim*, *Piligrim & Sigiwotto de Hirshoven*, *Heinrich de Hartpenigan*, *Pernhart de Wacheringan*.

Num. XII. Citatio ad comitia. Anno 1138.

Conradus Dei gratia Romanorum Rex Abbati de *Tegrinſe* gratiam ſuam, & omne bonum. Satis mirari non valemus, & vehementer noſtra regia turbata eſt ſerenitas quod curie preterite apud *Baueberg* una cum aliis principibus intereſſe neglexiſti: & hoc, quod iure imperii ibidem nobis facere debueras, quaſi inconſulte diſtuliſti. Quapropter volumus, & mandando firmiter precipimus, quatenus omni poſthabita occaſione in feſto S. Johannis in curia Ratisponenſi obviam nobis venire ſtudeas, & debitum ſervitii ibidem plenarie perſolvas. Nos enim in preſentia Principum, ſi quas de illatis iniuriis ad nos habeas deferre querimonias, benigne & miſericorditer exaudiemus, & plenariam faciendo iuſtitiam te in antiqua libertate conſervare curabimus.

Num. XIII. Jus collectandi Abbatum. Anno. 1140.

Conradus Dei gratia Abbas Tegrinſenſis P. Sacerdoti, & miniſterialibus, ac univerſe familie ſalutem, & omne bonum.

Mira-

Miramur valde, legationem noſtram tam ſcriptis, quam dictis perſepe vobis diſtinatam, in nullo profeciſſe, ſed quaſi contemptam habuiſſe. Nunc itaque ſicut iam ſepe rogamus, rogandoque precipimus omnibus, per nos inbeneficiatis, & miniſterialibus, & camerariis noſtris, ac univerſe familie, ut ſolitam & debitam opem expeditionis nobis perſolvant. Si qui vero obſtinati & rebelles huic iuſſionis noſtre debito contraierint, ex die, quo preſentes litteras acceperint, per alios quatuordecim dies *Waringuvve* ſe nobis preſentent, ut ſecundum quod iuſtitia dictaverit, de hoc nobis reſpondeant.

Num. XIV. Commutatio mancipiorum. Anno 1147.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Otto* Dei gracia Friſingenſis Epiſcopus. Notum eſſe volumus futuris & preſentibus, qualiter convenit inter nos, & dilectum fratrum noſtrum *Chounradum* Tegrinſens. Monaſterii venerabilem Abbatem, quamdam commutationem facere, ſicut & fecimus. Reſignavit enim nobis miniſterialis Eccleſie noſtre, videlicet *Altman de Gotzingen*, quoddam mancipium, quod beneficiali iure a nobis habebat, cuius nomen *Oudalricus*; nosque eundem clientem per manum advocati noſtri *Ottonis Palatini Comitis* delegavimus ad altare ſancti Quirini Martyris, prefato Abbati ſucceſſoribusque eius, nec non & fratribus prenominati loci perpetualiter deſerviturum. Econtra idem venerabilis Abbas retradidit nobis & per manum advocati ſui *Hainrici comitis de Wolfratheshuſen* legitime Eccleſie noſtre delegavit quemdam *Palduwinum* ſimilis conditionis famulum, quem nos continuo pretaxato miniſteriali noſtro *Altmano* in compenſatione eius quem nobis reſignaverat, beneficiavimus. Ut autem huius concambii qualitas ex utraque parte firma & irrefragabilis omni tempore perſeveret, ac ne temporum labilitas ſolita illam oblivione oblitteret, ad poſtulationem Abbatis literis notari fecimus, ac ſigilli noſtri im-

impreſſione munientes, Teſtes quoque, qui preſentes aderant, ſubternotari precepimus. Quorum hec nomina ſunt. *Wichmanus Prepoſitus S. Andree & Archidiaconus*, *Rachewinus Capellanus & Notarius*, *Waltman & Ruodolf de Poſtperch*, *Altman de Gozingen*, *Fridericus de Hegelingen*, *Eberhart de Werde*, *Herwich de Rotingen*, *Siboto de Perge*, *Fridericus de Vaterſteten & frater eius Siboto*, *Liutpold de Holze*, *Friderich de Porterhuſen*, *Altman de Walchering*, & alii. Acta ſunt hec *Stierche* anno Incarnationis Domini MCXLVII. regnante *Chunrado* Rege ſecundo, anno autem Domini *Ottonis* Friſingenſis Eccleſie venerabilis Epiſcopi X. regnante Chriſto in perpetuum.

Num. XV. Privilegium Eugenii III. P. M. An. 1150.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Cunrado* Abbati Monaſterii beati Quirini iuxta Lacum Tegernſe eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Commiſſe nobis Apoſtolice ſedis nos hortatur auctoritas, ut locis & perſonis, ipſius auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis preſidium impendere debeamus. Quia ſicut iniuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legittima & iuſta deſiderantium nulla eſt differenda petitio, preſertim eorum, qui cum honeſtate vite, & laudabili morum compoſitione gaudent omnipotenti Domino deſervire. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus benignum impertientes aſſenſum, prefatum Monaſterium, quod utique a nobilibus viris *Adalperto & Otkario* germanis fratribus illuſtribusque comitibus in ſuo fundo conſtructum eſt, & antiquis Romanorum Imperatorum privilegiis *Pipini* videlicet *Karoli & Ludouuici* decoratum, in quo denique corpus beati Quirini a Predeceſſore noſtro ſancte recordacionis Zacharia Romano Pontifice impetratum requieſcere perhibetur, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & pre-

ſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona, que idem Monaſterium inpreſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitone Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Preterea libertates ſive immunitates ab Epiſcopis vel Regibus, ſive etiam Principibus veſtro Monaſterio rationabiliter conceſſas, & ſcripto firmatas vobis nihilominus confirmamus, & ut nullus eas infringere, ſeu inbeneficiare audeat auctoritate apoſtolica prohibemus. In Parrochialibus autem Eccleſiis quas tenetis, Sacerdotes idoneos eligatis, & Epiſcopo preſentetis, quibus, ſi idonei fuerint, Epiſcopus cum Abbatis conſenſu curam animarum committat, ut eiusmodi Sacerdotes de plebis quidem cura Epiſcopo rationem reddant; vobis vero pro rebus temporalibus debitam ſubiectionem exhibeant. Criſma, oleum ſacrum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, a Dioceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & ea gratis & absque pravitate vobis voluerit exhibere: alioquin liceat vobis Catholicum quem malueritis adire antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum cenobium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolice auctoritate & Dioceſa-

ceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo Corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri IEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examini diſtricte ultioni ſubiaceat; cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri IEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum *Iudicem* premia eterne pacis inueniant, Amen. Ego *Eugenius* Eccleſie catholice Epiſcopus SS. Ego Hubald Presbyter Card. Tit. S. Praxed. SS. Ego Manfredus Presbyter Card. Tit. S. Anne. Ego Aribertus Presbyter Card. Tit. S. Anaſtaſie. Ego Iordanus Presbyter Card. Tit. S. Suſane. Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum SS. Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolay in carcere Tulliano. Ego Guido Diac. Card. S. Marie in Porticu. Ego Iohannes Diac. Card. Tit. ſanctorum Sergii & Bachi. Ego Rolandus Diac. Card. S. Coſme & Damiani. Dat. Sigine per manum Boſonis ſancte romane Eccleſie ſcriptoris XI. Kal. Decemb. Indict. XIIII. Incarnationis Dominice An. MCL. Pontificatus vero Domini Eugenii tertii, anno ſexto.

Num. XVI. Privilegium Friderici I. Imp. 1157.

In nomine ſancte & individue trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Bonam atque religioſam conſuetudinem antiquorum Regum & Imperatorum imitantes, honeſtis perſonis atque venerabilibus locis Maieſtatis noſtre defenſionem ac preſidium impendere debemus, quatenus & Imperii noſtri ſublimitas exinde clarius eniteat, & divina gratia largius nobis ſalutem & auxilii ſuffragium impendat. Nos ſiquidem

dem ex relatione illuſtrium virorum & ex privilegiis anteceſſorum noſtrorum liquido compertum habemus, quod duo Comites Otkerus & Albertus, regali proſapia exorti, in pago Bavarie, qui Sundergowe dicitur, quoddam Monaſterium Tegernſeo nomine magnis atque copioſis expenſis laudabiliter condiderunt, divitiis & magna gloria ſublimatum magnorum Regum, Pippini, Karoli, Lodewici connivéntia & arbitrio principalem atque regalem Abbatiam inſtituerunt. Noſtris autem temporibus decorem atque reverentiam eiusdem Monaſtrrii ex advocatorum inportunitate & prava conſuetudine valde imminutam eſſe vidimus; antiquam etiam conſtitutionis pulchritudinem anteceſſorum noſtrorum diligentia decenter exornatam, in eadem domo pene deletam invenimus. Unde antiquis inſtitutis Regum & Imperatorum honorem deferentes & iuſtis precibus Ruoperti eiusdem Monaſterii Abbatis facilem aditum indulgentes, quecunque in eadem domo vitioſa conſuetudo & iniqua exactio ex advocatorum violentia vel ceterorum hominum negligentia emerſiſſe videtur, ex conſenſu *Heinrici Comitis*, qui nunc in preſentiarum advocatus eſt, *iudicio* atque *ſententia principum* penitus reprobavimus: ſpecialiter nihilominus oblationes panum & ceterarum rerum, que in Epiphania Advocato fiebant, de cetero exigi & offerri prohibuimus. Statuimus quoque ut Abbas absque omni reſpectu Advocati, *Gaſtaldiones villicos*, ſive manſionarios in locis neceſſariis provideat atque diſponat; vectores ad vinum deportandum ſicut voluerit, exhibeat: officiales Abbatis, coci, piſtores & reliqui quicunque in emonitate Monaſterii Abbati & fratribus miniſtrare conſueverunt, ſi rixati fuerint, non cogantur coram advocato inde racionem reddere. Si vulneribus invicem ſe leſerint, & legitimis querimoniis evocati fuerint advocatus emendationem & vindictam absque odio & ſalvo honore Abbatis imponat. Sculteтos advocatus de cetero nullos inſtituat, ad quod officium Abbas viros aptos, quos voluerit, pro-

provideat: ab his autem, quos Galſtadiones Abbas inſtituit, Advocatus nichil contra Abbatis voluntatem exigat. Porro exactiones frumenti ſive aliarum rerum, quas Advocatus ſingulis annis a Clericis eiusdem Monaſterii, a villicis, a manſionariis facere conſueverat, de cetero fieri noſtra auctoritate prohibuimus. Ad hec mandando precipimus, ut nullus de cetero advocatus miniſterialibus eiusdem Monaſterii violentiam aut iniuriam inferre audeat; quod ſi attemptare preſumpſerit noſtram Maieſtatem, is quis leſus eſt, appellare non differat. Sane fratribus eiusdem Monaſterii preſentibus ac futuris eligendi Abbatem liberam facultatem concedimus. Inſuper quecunque bona ad idem Monaſterium pertinere videntur. ſive futuris temporibus iuſtis ac rationabilibus modis provenire poterunt, ſalva & illibata eidem perpetuo iure manere decernimus, & ne quisquam hominum bona eadem nefario auſu preſumat invadere, occupare, minuere, alienare, cuncta ſub noſtre Maieſtatis tuitionem ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Siquis autem, contra hanc noſtre conſtitutionis paginam temere venire preſumpſerit, centum libras puriſſimi argenti fiſco noſtro perſolvat, & totidem ſupradicto Monaſterio componat. Et ut hec noſtre poteſtatis auctoritas firma futuris temporibus & inconvulſa permaneat preſentem paginam conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hec ſunt: *Gebehardus Wirzeburgenſis Epiſcopus, Godefridus Traiectenſis Epiſcopus, Albertus Marchio & filius eius Hermannus, Otto Palatinus Comes de Widelinesbach. Comes Bertoldus de Andeſſe. Fridericus filius Regis Cuonradi, Comes Rabboto de Franſtorf. Bertoldus Prefectus urbis Wirzeburc. Comes Gerhardus de Berhteim. Albertus de Truhetingen. Marquardus de Grunbach, Gebohardus de Ludenberge, Craſdo de Sueineburc, Heinricus Comes de Tüingen, Heinricus Comes de Wolveradeshuſen, Uſcalc de Uffelndorff, Meinhardus de Meiſahe, Reingerus de Erinsbach, Hermannus de Iſſelden,*

den, *Burcardus de Mennin*, *& fratres eius Arnoldus & Fridericus*, *Hildebrandus de Helmscellingen*, & alii quam plures. Signum Domni Friderici Romanorum Imperatoris Auguſti. Ego Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Maguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi. Datum Wirzeburc XVII. Kal. Aprilis Indict. V. anno Dominice incarnationis MCLVII. regnante Domno Friderico Romanorum Imperatore invictiſſimo, anno regni eius quinto. Imperii vero II. Actum eſt in Chriſto feliciter amen.

Num. XVII. Privilegium ampliſſimum Friderici I. Imp. 1163.

In nomine ſancte & individue trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Convenire videtur ad eterne ſalutis remedium ut Eccleſiaſticas perſonas ac religioſa loca imperiali tuitione manu teneamus, ut defendamus; ut in ſuis rationibus atque libertatis honore ſumma diligentia conſerventur; quatenus per hoc laudabile ſtudium & imperialis dignitas ſalute perfruatur & divine gratie largitate ſublimetur imperpetuum. Compertum habemus nobilium & fidelium noſtrorum relatione, & privilegiorum adteſtatione quod duo Comites Albertus & Otkarius regali exorti proſapia, quoddam nobile Monaſterium Tegrinſe dictum copioſis expenſis arbitrio & coniventia magnorum Regum Pipini, Karoli, Loudevici, Karolomanni regalem atque principalem abbatiam in pago Bavarie qui Sundergow dicitur laudabiliter fundaverunt, ibique trium Martyrum Quirini, Chriſogoni, Caſtorii corpora venerabiliter collocaverunt. Qui reſignatis terrenis dignitatibus, ſimul & militari baltheo poſt graves huius mundi labores mutato habitu cunctoque tradito patrocinio, unus e duobus fratribus Albertus nomine in eodem loco centum quinquaginta monachorum primordialis extitit Abbas. Cumque eadem Eccleſia aprime fundationis tempore

in monachilis ordinis diſciplina per dies multos plurimum profecit *ab Arnoldo Duce Noricorum affectante eo imperium*, & diſcordante cum Rege *Hainrico* primo, reditibus deſpoliata, & pene univerſa quibus ditata & dotata fuerat, per beneficium tranſierunt in uſus Laycorum in hac diſcordia ſibi famulantium. His malis iminentibus & temporalibus ſtipendiis deficientibus, defecit utique divini ſervitii cultus, & diſperſis perſonis que ad militandum Deo ibidem collecte erant, laici clauſtrum & officinas Monachorum cum uxoribus inhabitare ceperant, quorum porcis & canibus ſacrata loca ſordabantur: & cum multe neſarie res invaleſcerent, Monaſteria & omnia eius edificia cum libris & eccleſiaſtico cultu celeſti vindicta igne concremantur. Proceſſa temporis Imperator *Otto* ſecundus interventu nepotis ſui *Ottonis* Ducis Bauatorum & Suevorum aliorumque illuſtrium virorum imperiali miſeratione intendens prolapſo Monaſterio ſuccurrere, ei quendam *Hartwicum* nomine prefecit Abbatem; quem etiam cum loco illi commiſſo in Mundiburdium ſue defenſionis ſuſcipiens, ſibi & omnibus huic Monaſterio ſuccedentibus Abbatibus ſub regia & imperatoria tuitione ſubſiſtere ſua auctoritate conceſſit. Et ut ipſe prefatus Abbas, ſuique ſucceſſores ſub regia & imperiali defenſione regimen ipſius Eccleſie de cetero poſſideant, nihilominus indulſit. Cuncta quoque ad prefatum cenobium pertinentia, vel que in futuro munificentia Regum & Imperatorum, largitione pontificum, oblatione fidelium adipiſci poterit, tam queſitis quam inquiſitis in pratis & in alpinis paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, venationibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, cum decimatione totius Abbatie, & preſenti ac futura ſilvarum extirpatione ſub Abbatis eiusdem loci poteſtate abque omnium perſonarum contradictione perenniter eſſe conſtituit. Inſuper etiam Monachis tam futuris quam preſentibus liberam facultatem eligendi Abbatem, de Maieſtatis ſue imperio conceſſit, & ubicunque eorum naves

ſive

ſive carri, vel ſaumarii advenerint, abſque thelonei tranſeant exactione. Nos igitur intuitu divine gratie predictorum Imperatorum veſtigia ſequentes cuncta que illi ſtatuerunt, & nos eadem imperiali auctoritate abprobamus. Eccleſiam quoque & baſilicas ſuis dotibus erectas ſingulariter exprimentes: Cellam ſiquidem ſancti Martyni, que *Dietramni* dicitur Cella, quam de prefato cenobio fundatam, & ditatam eſſe cgnovimus, Eccleſias *Gemunden*, *Egerden*, *Wacheringen*, *Richerſpuren*; *Weringov*, *Walde*, *Holzchirchen*, *Puſencham*, *Saſſincham*, *Piburch*, *Hadelaichen*, *Harde*, *Iſimpach*, *Chemenathin*, *Munichen*, *Enhvnowe*, *Phrumpach*, *Vaterſtetin*, *Walkſtat*, *Iochingen*, *Uneholzingen*, *Celle*, *Streneperc*: *Baſilicas in Ahelite*, *in Funeſingen* ad ſanctum Leonhardum cum fundis & prediis adiacentibus & plebe. Confirmamus etiam huic Monaſterio imperiali auctoritate hec predia in *Lioben*, *in Wachowe*, *in Creueſpach*, *in Auſtrali Monacho*, *in Waringo*, *in Ottolſingen*, *in Haecingen*, *in Piburch*, *iu Iſenpach*, *in Funſingen*, *in Uneholzingen*, *in Alrains*. Preterea quecunque generantur in humo, vel que *latent ſub terra*; *ſive ſint vene ſalis*, *vel ferri*, *vel argenti*, *vel cuiuslibet metalli* cum earundem rerum decimis eidem loco concedimus, & corroboramus. Et quia reditus de quibus imperio ſervire tenebantur per *Arnoldum* Ducem Bauuarie ſunt ablati, neque nobis, neque alicui ſucceſſorum noſtrorum Regum aut Imperatorum aliquod ſervitium ab eodem cenobio conferre ſanctimus: ut hii, qui omnipotenti Deo militaturi ibidem collecti fuerint, habundanciori ſtudio valeant Deo ſervire. Noverit ergo univerſitas fidelium, quod iam predictum locum ſic in noſtram, & omnium ſucceſſorum noſtrorum protectionem ſuſcipimus; ut ſit regalis Abbatia omnimoda libertate ſublimata, & ab omni ſubiectionis obligatione libera, ut nullus Epiſcoporum, vel Arciepiſcoporum, vel Ducum, vel Marchionum, vel comitum aut aliqua omnino perſona preſumat hanc moleſtare aut iuris ſui ſtatum diminuere. Si Dux Bauuarie Dei compunctuo amore illius

illius Abbatis & fratrum placatus obſequio aliquos reditus de antiquitus per Ducem *Arnoldum* ablatis reditibus Monaſterio reſtituere voluerit, noſtro permiſſu & benevolentia fieri concedimus, & ſtabilimus, ut Dux in ducatum ſuccedens, vel aliquis ſucceſſorum ſuorum, eaque per nos ſtatuta ſunt nullatenus poſſit infringere. Et quia noſtris temporibus decorem, atque reverentiam eiusdem Eccleſie, ex advocatorum importunitate & prava conſuetudine valde iminutam eſſe vidimus, antiquam etiam pulcritudinem, anteceſſorum noſtrorum diligentia decenter exornatam, in eadem domo pene deletam invenimus; antiquorum regum, & imperatorum *inſtitutionibus* honorem deferentes & iuſtis precibus Ruoperti Abbatis eiusdem Monaſterii facilem aditum indulgentes, quecunque in eadem domo vitioſa conſuetudo aut iniqua exactio, ex advocatorum violentia vel ceterorum hominum negligentia emerſiſſe videtur, ex conſenſu *Hainrici Comitis* qui nunc in preſentiarum Advocetus eſt *iudicio atque ſententia principum* penitus inhibemus; ſpecialiter oblationes panum & ceterarum rerum que in epyphania advocato fiebant de cetero exigi & offerri prohibemus. Statuentes quoque ut Abbas absque omni reſpectu advocati, Gaſtaldiones, officiales, villicos, manſionarios in locis neceſſariis provideat atque diſponat. Vectores ad vinum deportandum ſicut voluerit exhibeat. Officiales Abbatis coci piſtores & reliqui quicunque in emunitate monaſterii Abbati & fratribus miniſtrare conſueverunt, ſi rixati fuerint, coram advocato non cogantur inde rationem reddere. Si vulneribus invicem ſe leſerint, & legittimis querimoniis evocati fuerint, advocatus emendationem & vindictam ſalvo honore Abbatis imponat. Scoulteros & precones de cetero nullos inſtituat, ad quod officicium Abbas viros aptos quos voluerit provideat. Ab his autem quos Gaſtaldiones & diſpenſatores Abbas inſtituerit, advocatus nihil contra voluntatem Abbatis exigat. Porro exactiones frumenti ſive aliarum rerum, quas

quas advocatus ſingulis annis a clericis eiusdem Monaſterii, a villicis, a manſionariis facere conſueverat, de cetero fieri imperiali auctoritate interdicimus. Ad hec mandando precipimus ut nullus deinceps Advocatus miniſterialibus eiusdem Eccleſie violentiam aut iniuriam audeat inferre, quod ſi adtemptaverit noſtram Majeſtatem is, qui leſus eſt, appellare non differat. Siquis miniſterialium extra ſui Monaſterium collegium matrimonium contraxerit, eo obeunte omne patrimonium cum feodo ab eadem Eccleſia adquiſito libere, & ſine contradictione Monaſterio ſuccedat; nullo malo preveniente ad alienandum ingenio. Siquis miniſterialium Abbati rebellis exſtiterit, & ab eius gratia deciſus fuerit, coram advocato, ſi ab Abbate evocatus fuerit, in *Warengov* in domo, que *Dinchus* dicitur, reſpondeat. Siquis etiam miniſterialium de feodo & beneficiali iure impulſatus ab Abbate fuerit, nichilhominus in eadem domo reddat rationem. Nullus quoque in eadem Eccleſia advocatus hereditario iure exiſtat, ſed Abbas communicato fratrum conſilio, idoneum defenſiorem licenter eligat. Qui poſtquam de iure & rebus Eccleſie conſervandis per Sacramentum certitudinem fecerit, bannum a Rege vel Imperatore ſuſcipiat; qui ſi poſtmodum Sacramenti oblitus fuerit, & iura Eccleſie violare preſumpſerit, & tam ipſos Monachos, quam eorum homines & poſſeſſiones, hoſpitationibus & indebitis placitis & exactionibus vexaverit, Abbas regia ſuffultus auctoritate habeat plenam poteſtatem ſubrogandi ſibi meliorem advocatum & utiliorem. De legittimis & annalibus ipſorum advocatorum placitis, ſic *Principum ſententia* decrevimus, ſicut coram Imperatore *Heinrico* quarto Imperatorum diffinitum habemus. Statutum eſt ad placitum cuiuslibet advocati pertinentes, ut ſemel in anno quando preceptum fuerit, omnes certis in locis conveniant, ibique in ſervitium ſuum plus non exigat, niſi duos modios tritici, & duos porcos, tres cados vini aut medonis, X. Cados cereviſe, V. modios avene, in pabulum

lum equorum XXX. Ut autem ea, que ad uſus fratrum pertinent, minus diſtrahantur, hec ſubſcripta in uſus advocatorum ſunt deputata. Videlicet ſatisfactio temeritatum; ita tamen ut ſiqua diſpendia fratres in ſuis rebus paciantur, primo eis ſua reſtituantur: & tertia pars pannorum ſit advocatorum, due partes ſint Abbatis & fratrum: *Wergelda* Abbatis & fratrum ſunt, & mancipium pro mancipio. Preterea ſi Prelati Eccleſie aliqua neceſſitate cogente *tam* ſibi vel rebus ſuis illatum ſalvo ordine ſuo recuperare non valuerint, ipſos advocatos in locum competentem advocent, *ubi* cauſas querimonie diligenter diſcutient, nichilque ibi ab *eis vel* ab eorum colonis, quaſi ſub iuſtitia exigant. Sed cum caritate hoc quod eis impenſum fuerit accipiant. Sane fratribus eiusdem Monaſterii preſentibus atque futuris imitatione anteceſſorum noſtrorum Imperatorum liberam facultatem eligendi Abbatem concedimus; electus inveſtituram a Rege vel ab Imperatore per *ceptrum* accipiat; nichil tamen dati curie de iuſtitia exhibeat: eoquod predia prime fundationis, ut predictum eſt, ad regni aucmentum per *Arnoldum* Ducem diſtracta ſunt; ſed quod daturus eſt, pro ſuo arbitrio, & pro bona voluntate fiat; nec cogantur ire in expeditiones. Inſuper quecunque bona ad idem cenobium pertinere videntur, ſive futuris temporibus iuſtis & rationabilibus modis provenire poterunt, ſalva & illibata eidem perpetuo iure permanere decrevimus. Et ne quisquam hominum univerſa hec nefario auſu preſumat invadere, occupare, iminuere, vel quolibet modo alienare; cuncta ſub noſtre Majeſtatis tuitionem ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Siquis autem contra hanc noſtre auctoritatis paginam temere venire preſumſerit, centum libras puriſſimi argenti fiſco noſtro perſolvat, & totidem ſupradicto Monaſterio conponat. Et ut hec noſtre poteſtatis auctoritas, firma futuris temporibus, & inconvulſa permaneat preſentem paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſig-

 nuri.

niri. Adhibitis Teſtibus idoneis, quorum nomina hec ſunt. *Coutfridus* Spirenſis Epiſcopus. *Counradus* Patavienſis Epiſcopus. *Hertwicus* Ratisponenſis Epiſcopus. *Counradus* Auguſtenſis Epiſcopus. *Hartmannus* Brichenſis Epiſcopus. *Hainricus* Dux Bawarie & Saxonie, *Vuelfo* Dux. *Counradus* Dux *de Dachov. Fridericus filius Regis Counradi. Palatini Comites Otto & fratres eius de Witelinſpach, Hainricus comes de Wolfrathuſen, Otto comes de Valaie, Gerhardus comes de Werthaim, Deinhardus de Sewelt, Hainricus de Stowfe, Lazarius, Gotswinus, Egilolfus, Heinricus, Perhtoldus de Wolfrathuſen, Routpertus de Richerspuren, Albertus de Porthus*, & alii quam plures. Signum Domni *Friderici* Romanorum Imperatoris Auguſti. Ego *Hainricus* regalis curie Cancellarius, vice Domini Criſtani Moguntini Arciepiſcopi recognovi. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLXIII. indictione XI. anno regni eius nono, imperii vero VII. Datum Auguſte feliciter, Amen.

Num. XVIII. Fridericus I. Imp. donat. Tegrinſeo mancipia. Anno 1163.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Fridericus* divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Imperialis clementie maieſtatem decet rationabilibus fidelium ſuorum votis *begnignitatis* ſue miſericordem aſſenſum prebere, & ea auctoritate dignitatis imperatorie ad optatum finem usque conſtanter promovere. Eapropter notum facimus univerſis imperii noſtri fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod *Hainricum de Pueren, Chriſtianam & Merigardam & Gerlindam* cum liberis earum, familiam ſcilicet B. Quirini Martyris, quam a Duce *Hainrico* Bawavie & Saxonie in beneficium poſſidebat, ammonitus divine inſpirationis intuitu ad facultatem honoris & utilitatis B. Quirini una cum filio ſuo reſignavit Duci predicto. Ipſe vero Dux nobis eandem familiam, a quo ut ea poſſederat, eadem conditione reſignavit. Nos itaque ſuperne

ne remunerationis gratiam attendentes, prenominatas mulieres cum liberis earum per manum dilecti noſtri *Bertoldi Comitis de Andeſſe* beato Quirino Mart. tradidimus, & abſoluta libertate perpetuo cum omni earum ſucceſſione poſſidendas conceſſimus. Ut autem huius elemoſine tam rationabilis donatio rata ſit, & perhenniter inconvulſa permaneat, preſentem inde paginam iuſſimus conſcribi, & ſigilli noſtri appoſitione confirmari. H. t. t. ſ. *Heinricus Dux Bawarie & Saxonie, Dux Welpho. Palatini Comites de Witelinesbac, Otto videlicet ſenior & fratres eius. Odalricus Comes de Bergen & frater eius, Cunradus, Dux de Dachowe, Comes Otto de Valei & frater eius. Heinricus de Stoupha, Degenardus de Senek, Adelbertus de Iringesburg & frater eius Cunradus, Amelbertus de Luachuſen, Waltcunus de Stainbac. De miniſterialibus Comitis Bertoldi, Heinricus de Scalnchaim, Lazarius & Gozwinus, Egelolfus* de *Wolfrathuſen, Bertoldus de Huohentain, Oudalricus de Chalebeim, Gerwicus de Pubenhuſen, Rupertus de Richerſpuren, Adolpertus de Porterhus,* & alii quam plures. Signum Domni *Friderici* Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego *Heinricus* imperialis curie Cancellarius vice Criſtiani Moguntini Archiepiſcopi recognovi. Acta ſunt hec An. Dominice Incarnationis MLXIII. Indict. XI. regnante Domno *Friderico* Rom. Imp. glorioſiſſimo anno regni eius X. imperii vero VIII. Dat. Auguſte feliciter, Amen.

Num. XIX. Indulgentiæ. Anno 1164.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii S. Quirini de Tegernſe ordinis S. Benedicti Friſingenſis Dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Licet is de cuius munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabile ſerviatur ex habundantia pietatis ſue, que merita ſupplicum excedit & bona bene ſervientibus multo maiora retribuat, quam valeant promereri, nichilominus tamen deſideran-

tes reddere acceptabilem populum Domino; fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibusdm ellectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus invitamus, ut divine reddantur exinde gratie aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra in honorem S. Quirini Martiris ſicut aſſeritis dedicata honoribus congruis frequentetur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui eandem Eccleſiam in die anniverſario dedicationis ipſius & ſeptem diebus immediate ſequentibus, ac in feſto predicti Martiris annis ſingulis omni devotione & reverentia viſitarint de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi XL dies de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Dat. Anagnie IIII. Idus May Pontificatus noſtri anno quinto.

Num. XX. Subiectio Ditramcellenſis Canoniæ circa An. 1170.

Que a fundatoribus venerabilium locorum, ſeu eccleſiarum religioſe inſtituta ſunt, ut futuris temporibus convaleſcant & maiorem firmitatem habeant, dignum eſt, ea litteris mandare: ne quod venerabiliter inſtitutum eſt, vel oblivio deleat, vel incuria pravorum hominum ſubvertat. Unde cunctis fidelibus innoteſcere cupimus, quod Abbas Monaſterii S. Quirini nomine Ud. ex conſilio & conſenſu totius congregationis atque miniſterialium in Allodio eiusdem Monaſterii locum, qui cella beati Martini dicitur laudabiliter inſtituit, fideles & religioſas perſonas ibi collegit, ordinem ſecundum regulam B. Auguſtini inſtitutum perpetuis ibi temporibus inviolabiliter obſervari conſtituit, quecunqne oblatione fidelium, largitione pontificum, liberalitate principum eadem eccleſia conſequi potuiſſet, uſibus fratrum conceſſit. Poſſeſſiones etiam, quibus ipſe eandem Eccleſiam conſtituit & auxit, perpetuo ei iure firmavit. De inſtitutione vero prepoſiti ita ordinavit, ut obeunte

te prepoſito pari & unanimi voto omnium fratrum, vel ſanioris partis prepoſitus eligatur, electus vero Abbatem ſupradicti Monaſterii adeat, inveſtituram de temporalibus ab eo recipiat, omnem reverentiam Abbati exhibeat. Cum igitur eadem Eccleſia primo tempore fundationis in ſtudio & diſciplina Canonici ordinis optime profeciſſet, & ſtudio atque induſtria eorum qui primi propoſitum artioris vite ibidem aggreſſi ſunt, plurimum adaucta eſſet, ſuccedentibus proſperis, & illis iam ſeneſcentibus plerique morte decederent, pauci ſuperſtites remanerent, adoleſcentes, qui pro eis ibi ſurrexerunt, ad aptam *inſolentiam* proruerunt, ut contra Monaſterium ſancti *Quirini*, matrem videlicet predicte inſtitutionis, calcaneum erigerent & antique inſtitutioni ex toto contradicerent. Illi igitur, cum ex diffidentia cauſe ad ſeculares iudices confugerent, & ibi contra Abbatem ſupradicti Monaſterii litem proponerent, ipſe Abbas, *Rup.* nomine, auctoritate Canonum, & numero teſtium ſufficientiſſime inſtructus, in omni loco, quo ipſi ſe favorem conſequi ſperabant, victos & confutatos incepte liti preſtito iuramento, & datis dexteris renuntiare coëgit: ubi nihilominus modum atque tenorem prime inſtitutionis in omnibus executioni mandare pro ſe, & Eccleſia iureiurando ſpoponderunt. Geſta ſunt hec in loco, qui S. dicitur, ſub preſentia Domini Rup. Abbatis & Comitis *Perhtoldi de Andehs*, aliorumque virorum illuſtrium & ſapientum octava Kal. Martii, feliciter amen.

Num. XXI. Subiectio Ditrammcellenſis Canoniæ c. 1176.

Egregio atque illuſtri viro B. Comiti de Andeſe R. Dei gratia de Monaſterio ſancti Quirini Abbas devotas oratione & ſervitium. Novit ſerenitas veſtra, quod fratres de Cella S. Martini, ex quo Monaſterio noſtro, a quo fundationis ſue ſumpſere princi-

cipium, obluctati coeperunt, ex tunc apud ipſos & divine religionis inſtitutio perdidit ſtatum, & res temporales profectum. Inde eſt, quod Eccleſia, que adverſus auctorem ſue plantationis irreverenter caput erexit, in ruinam & lapſum omnimodis devoluta, nec cauſam ſue deſtructionis adtendit, & vitium quo averſa eſt adhuc in his, qui reſidui ſunt, fovere non deſinit, ut recte in eadem impletum videatur, quod in Iob dicitur: ego vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudinis eius ſtatum. Patrem ſuum ſenem bone memorie E. bene & laudabiliter ibidem converſatum pro arbitrio ſuo abiecerunt, alium ibi ad noſtram contumeliam nobis contradicentibus inſtituerunt; quem nos quidem in celebri Conventu, ubi Epiſcopus Friſingenſis aderat omnium petitionibus, & veſtro favore convicti ſolemniter inveſtivimus. Qui illico ab eisdem fratribus iniuriam paſſus, fratre C. de Veldolfingen id actitante, id ex parte veſtra expetente, absque noſtro reſpectu proiectus eſt. Unde quoniam veſtro favore & clementia abuſi, & nobis obluctati ſunt, & conſilium electionis, quod in preſentiarum ab ipſis celebrandum eſt difficile, & valde perplexum reddiderunt: oportet & vos in rebus eccleſiaſticis caute decernere, & abundanti cautela, & maiori providentia modum huius actionis informare.

Num. XXII. Subjectio Ditrammcellenſis Canoniæ. circa An. 1173.

Alberto Dei gratia Friſingenſis Eccleſie venerabili electo, Rup. Monaſterii S. Quirini Miniſter humilis, orationis & obſequii munus cum omni devotione, & reverentia. Serenitati veſtre gratias agimus, quod tanta benignitate nos, & fratres noſtros reſpexiſtis, & fratres de Eccleſia S. Martini, que ſpeciali iure Monaſterio noſtro pertinere videtur, cum a recto exorbitarent, & ad reſultandum nobis apud vos favorem quererent,

ſo·

fortiter repreſſiſtis. Sane reverentie veſtre notum eſſe cupimus, eosdem fratres in termino, quem nos cum Comite P. ſuper eandem queſtionem habuimus, ante noſtram preſentiam veniſſe, & pro temeraria contradictione humiliter veniam poſtulaſſe; ubi omnem actionem & litem huius queſtionis data fide refutaverunt, pro ſe & pro eadem Eccleſia hoc ſpoſponderunt, & eum, qui nunc pro tempore electus eſt, prepoſitus, vel quicunque futuris temporibus eſſent eligendi; completa electione pari & unanimi voto omnium fratrum, vel ſanioris partis, illico ad Abbatem *Monaſterii* noſtri récurrere debeant, & ab eo inveſtituram *temporalium* requirere, & niſi certa cauſa exiſterit, que *impediat*, ius fundi atque poſſeſſionis ſollemniter recipere. Facta hac diffinitione, & roborata publica atteſtatione virorum illuſtrium & ſapientum, qui preſentes aderant, de electione eiusdem prepoſiti, ex gratia & benignitate aſſenſum prebuimus, & eum ad eandem Eccleſiam a veſtra benignitate dirigi diligentiſſime poſtulamus, ſi quidem ea, que ſuperius diffinita ſunt, feliciter exequi voluerit.

Num. XXIII. Conceſſio mitræ. An. 1177.

Allexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio R. Abbati Eccleſie S. Quirini ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Religioſorum votis & deſideriis gratanti animo debemus annuere, & eis in iuſtis petitionibus ſuis prompta benignitate adeſſę, ut eorum loca nullius valeant perturbationibus concuti cum apoſtolica fuerunt protectione munita. Eapropter dilecte in Domino fili ſinceritatem devotionis & fidei quam te circa B. Petrum, & circa nos ipſos exhibere accepimus, diligentius attendentes, Eccleſiam, cui auctore Deo preeſſe dignoſceris, cum omnibus que in preſentiarum legitime poſſidet, aut in futurum iuſtis modis procurante Deo poterit adipiſci, ſub B. Petri & noſtra

protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Preterea volentes te ſpeciali privilegio noſtri amoris & gratie decorare, tibi uſum mitre in precipuis ſolemnitatibus infra miſſarum ſolemnia, & in proceſſionibus Eccleſie tue, nec non etiam iu conciliis Epiſcoporum de conſueta clementia & benignitate apoſtolice ſedis concedimus, quatenus ex hoc beato Petro, & nobis omni tempore tenearis devotior permanere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & conceſſionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Venetiis in rivo alto XVIII. Kalend. Iuly.

Num. XXIV. Citatio ad comitia Ratisbonenſia. Anno 1178.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Abbati de Tegrinſe, gratiam ſuam & omne bonum. Quum, Deo auctore, omnia in Italia glorioſe peregimus, ſani & incolumes redeuntes, terram teutonicam, propter abſentiam noſtram, diverſis hinc inde malis perturbatam, ad bonum pacis & tranquilitatis reformare intendimus. A Bawaria itaque incipientes, ut maxima, que in ea exorta ſunt, mala eradicemus, & ad pacem eam revocemus, curiam generalem Ratispone a feſto S. Michaelis ad XIV. celebrandam indiximus, cui te intereſſe ſub obtentu gratie noſtre precipimus.

Num. XXV. Privilegium Alexandri III. PP. Anno 1178.

Allexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Roberto Abbati monaſterii B. Quirini iuxta lacum Tegernſee, eius-

eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Commiſſe nobis apoſtolice ſedis nos hortatur auctoritas ut locis & perſonis, ipſius auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis preſidium impendere debeamus, quia ſicut iniuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legittima & iuſta deſiderantium nulla eſt differenda petitio; preſertim eorum qui cum honeſtate vite & laudabili morum compoſitione gaudent omnipotenti Domino deſervire. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris poſtulationibus benignum impertientes aſſenſum, prefatum monaſterium, quod utique a nobilibus viris *Adalperto & Otkario* germanis fratribus illuſtribusque Comitibus in ſuo fundo conſtructum eſt, & antiquis Romanorum Imperatorum privilegiis Bippini videlicet *Karoli & Ludovici* decoratum, in quo denique corpus B. Quirini a predeceſſore noſtro ſancte recordacionis *Zaharia* Romano Pontifice impetratum requieſcere perhibetur; ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem monaſterium impreſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Preterea libertates ſive immunitates ab Epiſcopis vel Regibus ſive etiam Principibus veſtro monaſterio rationabiliter conceſſas & ſcripto firmatas, vobis nihilominus confirmamus, & ut nullus eas infringere ſeu inbeneficiare audeat, auctoritate apoſtolica prohibemus. Interdicimus inſuper, ne liceat dioceſano Epiſcopo Eccleſias ad veſtrum monaſterium pertinentes aliquibus, ſine veſtra voluntate, conferre; ſed fas vobis ſit ad Eccleſias ipſas vacantes presbiteros eidem Epiſcopo preſentare, quibus, ſi idonei fuerint, Epiſcopus curam animarum committat, Ita quidem ut ei de plebis cura reſpondeant, vobis

autem de temporalibus debitam ſubiectionem impendant. Nihilominus etiam arcius interdicimus, ne cui Epiſcopo ut alii eccleſiaſtice perſone vos vel monaſterium veſtrum ſine manifeſta & rationabili cauſa excommunicationi vel interdicto ſubiicere liceat, ſed cum generale interdictum terre fuerit, fas vobis ſit, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſubpreſſa voce divina officia celebrare. Criſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, a dioceſano ſuſcipiatis Epiſcopo; ſiquidem Catholicus fuerit, & ea vobis gratis & absque pravitate voluerit exibere. Alioquin liceat vobis Catholicum, quem malueritis adire antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur; niſi quem fratres communi conſenſu, vel pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo &c. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c. Amen. Ego *Allexander*, catholice Eccleſie Epiſcopus. Ego *Hubaldus* Hoſtienſ. Epiſcopus &c. Dat Lateran. per manum *Alberti* presbiteri Card. & Cancellarii IIII. Idus Martii Indict. XII. Incarnationis Dominice anno MLCXXVIII. Pontificatus vero Domini *Allexandri* Pape tertii anno XX.

Num. XXVI. Subjectio Ditramcellenſis circa An. 1180.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus E. prepoſito, & reliquis fratribus de cella S. Martini, gratiam ſuam & omne bonum. Certiſſime compertum habemus, quod Eccleſia veſtra ope & induſtria Tegrinſenſis monaſterii inſtitutionis, fundationis primordia acceperit, & in fundo

do ſupradicti monaſterii laudabiliter inſtituta in religione, & temporalium rerum copia ſatis profecerit. Verum quia proſperis ſuccedentibus bone inſtitutionis ſpecies per inſolentiam ſepe decorem amittit, inde eſt, quod pro bono opere Abbati nunc & monaſterio debitam ſubiectionem denegatis, & quaſi alieni fundatoribus veſtris in omnibus reſultatis. Unde quia Tegrinſenſis monaſterii iniuria, noſtra eſſe cognoſcitur, precipiendo vobis mandamus, ut a tante preſumptionis auſu penitus deſiſtatis, & in omni diſpenſatione eiusdem domus ad Abbatem reſpectum habeatis, vel de loco, qui noſtri iuris eſt, recedatis.

Num. XXVII. Privilegium Urbani III. An. 1186.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Rouperto Abbati Monaſterii ſancti Quirini iuxta lacum Tegernſee eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacre religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatum Monaſterium ſancti Quirini, quod a nobilibus viris Adalperto & Otkario germanis fratribus illuſtribusque comitibus in ſuo fundo conſtructum eſt, & antiquis Romanorum Imperatorum Privilegiis Pippini videlicet Karoli & Ludouuici decoratum, in quo denique corpus beati Quirini a predeceſſore noſtro ſancte recordationis Zaharia Romano pontifice impetratum requieſcere perhibetur, ad exemplar felicis recordationis Allexandri Pape predeceſſoris noſtri, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo Monaſticus qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabi-

liter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium impreſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; cellam beati Martini, que Dietramszelle dicitur, Eccleſiam Gemunden, Egerden. Waccher-gen. Rihherſpowern. Waringew. Walde. Harpenningen. Holz-chirchen. Pouſenchaim. Pipurch. Hadelahingen. Harde. Iſmpach. Chemenaten. Munchen. Chnundewe. Phrumpach. Waterſtetm. Walhſtat. Itihingen, Uneholzingen. Chenepah. Funſingen cum fundis & adiacentibus prediis, & Plebe. Libertates preterea ſeu immunitates ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, ſive Regibus atque Principibus Monaſterio veſtro conceſſas rationabiliter, & ſcripto firmatas vobis nihilominus confirmamus; & ne ullus eas infringere, ſeu inbeneficiare audeat auctoritate apoſtolica prohibemus. Interdicimus inſuper ne liceat alicui Archiepiſcopo, Epiſcopo, Eccleſias ad veſtrum Monaſterium pertinentes aliquibus, ſine veſtra voluntate, conferre; ſed fas ſit vobis ad eccleſias ipſas vacantes presbiteros Epiſcopis preſentare, quibus, ſi idonei fuerint; Epiſcopi curam animarum ſine pravitate conferant: ſalva conſtitutione Lateranenſis Concilii, ita quidem, ut eis, de ſpiritualibus, vobis vero de temporalibus debeant reſpondere. Nihilominus etiam interdicimus ne cui Archiepiſcopo ſeu Epiſcopo vel alii Eccleſiaſtice perſone vos vel Monaſterium veſtrum, absque manifeſta & rationabili cauſa, excommunicationi vel inderdicto ſubiicere liceat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Criſma vero, Oleum ſan-

ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes Monachorum ſive Clericorum qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit & ea vobis gratis & absque pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quem malueritis catholicum adire antiſtitem, qui nimirum, noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Preterea volentes te, fili Abbas, eccleſiamque tuam ſpeciali privilegio decorare, ad exemplar iam dicti predeceſſoris noſtri, tibi tuisque *ſucceſſoribus* uſum mitre & annuli in precipuis ſolemnitatibus infra *miſſarum* ſolempnia, & in proceſſionibus Eccleſie tue, nec non etiam in Conciliis Epiſcoporum, de conſueta clementia & benignitate apoſtolice Sedis concedimus; quatenus ex hoc beato Petro & nobis tenearis devotior permanere. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur; niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum & beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo &c. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Ego Urbanus Eccleſie catholici Epiſcopus S. Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus. Ego Tebaudus Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus &c. Datum Veron. per manum Alberti ſanct. Romani Eccleſii Presbyteri Card. & Cancellarii III. Non. Aprilis Indictione quarta; incarnationis Dominice Anno MCLXXXVI. Pontificatus vero Domni Urbani Pape tertii anno imo.

Num.

Num. XVVIII. Privilegium Gregorii VIII. PP. An. 1187.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Tegrinſenſi Abbati ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum, & vota que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequenti complere. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, privilegium, quod venerabilis frater noſter Friſingenſis Epiſcopis ſuper quodam Monaſterio in fundo Eccleſie tue & in ſua Dioceſi conſtituto pia conſideratione inductus cenobio tuo conceſſit, ſicut canonice factum eſt & usque ad heç tempora pacifice obſervatam; tibi & Eccleſie tue auctoritare Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum apud Fornoum II. Calend. Decembris. Indictione ſexta.

Num. XXIX. Iura parochiæ Gemunden. An. 1187.

Otto Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus eccleſie, notum eſſe volumus preſentibus & futuris, quod, interventu dilecti fratris noſtri Conradi Tegernſeenſis Abbatis, pro eo, quod aſperitas temporis & longinquitas vie ſepenumero impedimento ſolebat eſſe plebi apud Egerden, indulſimus, ut in audiendis Miſſis a ſua eccleſia vel a Monaſterio Tegrinſee a Presbitero qui ſedit ad Gmunden non cogantur, niſi in die nativitatis Domini & in die Paſce & Penthecoſtes. Quando vero ſacerdos eorum eccleſiaſtica placita celebrabit, ibi ſe preſentent; ut, ſicut iuſtum eſt, ſub eo, & coram eo reſponſuri. Scrutinium apud Monaſterium, ubi expedi-

peditius officium celebrari poteſt, petant. De Baptiſmo vero ita diſcernimus, quod Sacerdos non prohibeat de populo prefato aliquos baptizari infantes in Monaſterio, unde conſuetudo & ordo Eccleſiaſtici officii in Paſca & Penthecoſten ſervari poſſit. Si autem ipſe de omnibus pueris permiſerit & hoc concedimus. Dedicationis vero diem Eccleſie apud Gmundum ſtatuimus, ut ſolemniter, ſicut matricis Eccleſie ſolemnitatem feriando tantum celebrent, ſue vero ſpecialis Eccleſie encenia tam feriando quam elemoſinarum largitione, prout mos eſt in die dedicationis illius faciant; ſepulturam apud ſe habeant, niſi ſi quis apud Monaſterium ſe rogaverit ſepeliri, huius extreme voluntati non contradicimus. In diebus rogationum cum crucibus ſuis petant; in decimis ſeu in aliis omnibus ſalva ſui Sacerdotis iuſtitia. Ut autem huius noſtra conſtitutionis pagina firma & inconvulſa permaneat, ſcriptis notari & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus.

Num. XXX. Evictio ſubjectionis Ditramcellenſis. Anno 1190.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Otto* Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus ſecundus. Que a fundatoribus venerabilium locorum ſeu Eccleſiarum iuſte & religioſe inſtituta ſunt, ut futuris temporibus maiori firmitate conualeſcant, dignum duximus litteris mandare: ne quod venerabiliter inſtitutum eſt, vel oblivio deleat vel incuria pravorum hominum ſubvertat. Eapropter univerſis in Chriſto filiis & fratribus noſtre dioceſis Abbatibus Prepoſitis, Decanis, & univerſis ſub eorum regimine degentibus cunctisque Chriſti fidelibus futuris & preſentibus ſignificamus, quia accedentibus nobis ad epiſcopalem. dignitatem motum eſt verbum in concilio noſtro, quod Eccleſia, que Cella B. Martini dicitur, ad noſtrum ſpectaret epiſcopatum cui racioni ſe Abbas Tegrinſeenſis monaſterii *Rupertus* obpoſuit & eandem Eccleſiam,

eo quod in fundo & de fundo S. Quirini fundata & ditata eſſet privilegiis & ſufficienti ratione obtinuit. Nos vero quos decet prava corrigere, iuſtitiam diligere, non infringere, pulſante iuſtitia, nec non dilectione fratris noſtri *Mangoldi* eiusdem monaſterii Abbatis, utriusque etenim intuitu, animum ab inſolita vexatione revocavimus, & ea, que religioſe inſtituta ſunt, auctoritate noſtra confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Ita videlicet, ut ſicut in principio tempore *Hainrici* anteceſſoris noſtri inſtitutum eſt, ut electio prepoſitorum predicte Celle ad cenſum & conſilium celebratur Abbatum Tegrinſeenſis monaſterii & electi poſſeſſiones & inveſtituram temporalium ab eis accipiant & omnem honorem & reverentiam quam filia matri, pro exhibitione multiplicis gratie & iure fundationis exhibere debet, exhibeant; nobis de ſpiritualibus reſponſuri. Acta ſunt hec conniventia totius capituli Friſingenſis Eccleſie & miniſterialium in villa, que *Laneskirchen* dicitur, anno Incarnationis Dominice MCLXXXX. Indict. VIII. anno vero Epiſcopatus noſtri VI. regnante *Friderico* Imperatore Romanorum Auguſtó, & filio eius *Hainrico* feliciter, Amen. Teſtes ſunt de choro Friſingenſi *Bertholdus* Decanus, *Ortwinus* Slierſenſis prepoſitus, *Fridericus* prepoſitus, *Cunradus* S. Viti prepoſitus, *Cunradus* cuſtos, *Hainricus* ſcholaſticus, *Eberhardus de Slirſee. De nobilibus Hainricus de Brucke, Hainricus de Ranigen, Berchtoldus de Vagene. De miniſterialibus, Hainricus Felixpuer, Gerwicus de Pubenhuſen, Adiloldus de Dorinbach, Eberhardus de Werde, & filius eius Eberhardus, Hartwicus de Richolfesdorf, & filius eius Otto. Otto de Paſingen, & frater eius Hainricus, Ulricus Fertnich, Albanus de Elhpach, Otto de Herberchingen, Hainricus & Siboto de Wacharingen, Arnoldus de Herbrekteshuſen, Albanus de Richerſpurn*, & alii quam plures. Datum Friſinge per manum *Gotfridi* Notarii XVIII. Kal. Septemb. Signum Domini *Ottonis* Friſingens. Epiſcopi.

Num.

Num. XXXI. Privilegium ampliſſimum Heinrici VI. Imp. Anno 1193.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Heinricus* ſextus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Bonam atque religioſam conſuetudinem antiquorum Regum ſeu Imperatorum imitantes, honeſtis perſonis atque venerabilibus locis maieſtatis noſtre defenſionem atque preſidium impendere debemus: quatenus & imperii noſtri ſublimitas exinde clarius eniteat, & divina gratia largius nobis ſalutis & auxilii ſuffragium impendat. Nos ſiquidem ex relatione illuſtrium virorum, & ex privilegiis anteceſſorum noſtrorum liquido compertum habemus, quod duo Comites *Otkarius & Albertus* regali proſapia exorti, in pago Bawarie, qui *Sundergow* dicitur, quoddam monaſterium Tegernſe nomine magnis atque copioſis expenſis laudabiliter condiderunt, divitiis & magna gloria ſublimatum magnorum Regum *Pipini*, *Karoli*, *Ludvici*, *Karlomani* conviventia & arbitrio principalem atque regalem abbatiam inſtituerunt, ibique trium Martirum corpora Quirini, Criſogoni, Caſtorii venerabiliter collocaverunt. Cumque eadem Eccleſia a prime fundationis tempore in monachilis ordinis diſciplina per dies multos plurimum profeciſſet, ab *Arnoldo* Duce Noricorum, affectante eo imperium, & diſcordante cum Rege *Hainrico* primo redditibus diſpoliatum, & pene univerſa quibus ditata & dotata fuerat, per beneficium tranſierunt in uſus laicorum, in hac diſcordia ſibi famulantium. His malis imminentibus & temporalibus ſtipendiis deficientibus; defecit utique divini ſervitii cultus; & diſperſis perſonis, que ad militandum Deo ibidem collecte erant, laici clauſtrum & officinas Monachorum cum uxoribus inhabitare ceperunt, quorum porci & canes ſacrata loca ſordebant: & cum multe nefarie res invaleſcerent, monaſterium & omnia eius edificia cum libris & eccleſia-

ſtico cultu, celeſti vindicta igne concremantur. Proceſſu temporis Imperator *Otto* ſecundus interventu nepotis ſui *Ottonis* Ducis Bauarorum & Suevorum, aliorumque illuſtrium virorum imperiali miſeratione intendens prolapſo monaſterio ſuccurrere, ei quendam *Hertwicum* nomine prefecit Abbatem: quem etiam cum loco illi commiſſo in mundiburdium ſue defenſionis ſuſcipiens, ſibi & omnibus huic monaſterio ſuccedentibus Abbatibus ſub regia & imperatoria tuitione ſubſiſtere ſua auctoritate conceſſit; & ut ipſe prefatus Abbas, ſuique ſucceſſores ſub regia & imperiali defenſione regimen ipſius Ecclefie de cetero poſſideant nihilomninus indulſit. Cuncta quoque ad prefatum cenobium pertinentia vel que in futuro munificentia Regum & Imperatorum, largitione pontificum, oblatione fidelium adipiſci poterit tam in queſitis quam inquiſitis, in pratis & in alpinis paſcuis, ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, venationibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, cum decimatione totius Abbatie & preſenti ac futura ſilvarum extirpatione ſub Abbatis eiusdem loci poteſtate absque omnium perſonarum contradictione perenniter eſſe conſtituit. Inſuper etiam Monachis tam futuris quam preſentibus liberam facultatem eligendi Abbatem de maieſtatis ſue imperio conceſſit, & ubicunque eorum naves ſive carri vel ſaumarii advenerint absque telonei transeant exactione. Nos igitur intuitu divine gratie predictorum Imperatorum nec non dilectiſſimi patris noſtri felicis memorie *Friderici* Imperatoris veſtigia ſequentes cuncta, que illi ſtatuerunt, & nos eadem inperiali auctoritate approbamus. Eccleſias quoque & baſilicas in ſuis dotibus erectas ſingulariter exprimentes, Cellam B. Martini que *Dietrammicella* dicitur, quam de prefato cenobio fundatam & ditatam eſſe cognovimus. Eccleſias *Gemunden*, *Egerden*, *Walcherigen*, *Richerſpurren*, *Warengou*, *Walde*, *Holzkirche*, *Puoſenchaim*, *Saſſenchaim*, *Piburch*, *Hadelichingen*, *Harde*, *Iſenpach*, *Chemenaten*, *Munchen*, *Chneunowe*, *Phrumpach*,

pach, *Voterſteten*, *Walchſtat*, *Iechingen*, *Unoholzingen*, *Celle*, *Streneperc*, *&* *Baſilicas in Aheliten*, *in Funeſingen*, ad S. Leonhardum cum fundis & prediis adiacentibus & plebe. Confirmamus etiam huic monaſterio auctoritate noſtra hec predia in *Leuben*, *in Wachowe*, *in Crebeſpach*, *in auſtrali Monaco*, *in Warengow*, *in Otolvingen*, *in Hechingen*, *in Biburch*, *in Iſenpach*, *in Funeſingen*, *in Uneholzingen*, *in Hättenpach*. Preterea quecunque generantur, in humo, vel que latent ſub terra ſive ſint vene ſalis vel ferri, vel argenti vel cuiuslibet metalli eidem loco concedimus & corroboramus. Et quia reditus de quibus imperio ſervire tenebantur, ſunt per *Arnoldum* Ducem ablata neque nobis neque alicui ſucceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum aliquod ſervitium ab eodem cenobio conferre ſanccimus; ut hi, qui omnipotenti Deo militaturi ibidem collecti fuerint, habundaciori ſtudio valeant Deo ſervire. Noverit ergo univerſitas fidelium, quod iam predictum locum ſic in noſtram & omnium ſucceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum protectionem ſuſcepimus, ut ſit regalis abbatia imperpetuum, omnimoda libertate ſublimata, & ab omni ſubiectionis obligatione libera, ut nullus Epiſcoporum vel Archiepiſcoporum vel Ducum vel Marchionum vel Comitum vel aliqua omnino perſona preſumat hanc moleſtare, vel iuris ſui ſtatum diminuere. Si Dux Bawarie, Dei conpunctus amore vel Abbatis & fratrum placatus obſequio, aliquos reditus de antiquitus ablatis reditibus monaſterio reſtituere voluerit, noſtro permiſſu & benivolentia fieri concedimus, & ſtabilimus, ut Dux illi in ducatum ſuccedens vel aliquis ſucceſſorum ſuorum ea que per nos ſtatuta ſunt, nullatenus poſſit infringere. Compertum etiam habemus decorem atque reverentiam eiusdem monaſterii ex advocatorum importunitate & prava conſuetudine valde imminutam eſſe & antiquam pulchritudinem anteceſſorum noſtrorum diligentia decenter exornatam in eadem domo pene deletam audivimus;

 nos

Nos autem antiquorum Regum & Imperatorum inſtitutionibus honorem deferentes & iuſtis precibus dilecti *conſanguinei noſtri Manegoldi* eiusdem monaſterii Abbatis facilem aditum indulgentes quecunque in eadem domo uitioſa conſuetudo aut iniqua exactio ex advocatorum violentia vel ceterorum hominum negligentia emerſiſſe videtur, ex conſenſu *Bertoldi Ducis Meranie*, qui nunc in preſentiarum advocatus eſt, iudicio atque ſententia Principum penitus reprobavimus; ſpecialiter oblationes panum, & ceterarum rerum, que in epiphania advocato fiebant, de cetero exigi & offerri prohibuimus. Statuimus quoque, ut Abbas absque omni reſpectu advocati caſtaldiones, officiales, villicos, manſionarios in locis neceſſariis provideat, atque diſponat: vectores ad vinum deportandum ſicut voluerit, exhibeat; officiales Abbatis, Coci, piſtores, & reliqui quicunque in emunitate monaſterii Abbati & fratribus miniſtrare conſueverunt, ſi rixati fuerint coram advocato non cogantur inde rationem reddere: ſi vulneribus invicem ſe leſerint, & legitimis querimoniis evocati fuerint, Advocatus emendationem & vindictam absque odio & ſalvo honore Abbatis imponat. Sculteros & precones de cetero nullos inſtituat ad quod officium Abbas viros aptos quos voluerit provideat. Ab his autem quos caſtaldiones & diſpenſatores Abbas inſtituerit, Advocatus nihil contra voluntatem Abbatis exigat. Porro exactiones frumenti ſive aliarum rerum quas Advocatus ſingulis annis a Clericis eiusdem Monaſterii, a villicis, a manſionariis facere conſueverat, de cetero fieri noſtra auctoritate inhibuimus. Ad hec mandando precipimus ut nullus de cetero Advocatus miniſterialibus eiusdem Monaſterii violentiam aut iniuriam audeat inferre, quod ſi attemptare preſumpſerit noſtram maieſtatem hic qui leſus eſt appellare non differat. Si quis miniſterialium extra ſui Monaſterii collegium matrimonium contraxerit, omne patrimonium cum feodo ab eadem Eccleſia conquiſito libere & ſine

con-

contradictione Monaſterio ſuccedat ; nullo malo ad alienandum preveniente ingenio. Nullus etiam ibi Advocatus hereditario iure exiſtat ſed Abbas communicato fratrum & *Collegii* conſilio iuſtum & ydoneum defenſorem licenter eligant qui poſtquam de iure & rebus Eccleſie conſervandis per ſacramentum certitudinem fecerit bannum a Rege vel imperatore ſuſcipiat. Quod ſi poſtmodum Sacramenti oblitus fuerit, & iura Eccleſie violaverit, & tam ipſos monachos quam eorum homines & poſſeſſiones hoſpitationibus & indebitis placitis & exactionibus vexaverit, Abbas regia *ſuffultus* auctoritate habeat plenam poteſtatem ſubrogandi ſibi *meliorem* Advocatum & utiliorem. De legittimis & annalibus *ipſorum* advocatorum placitis ſic principum ſententia decrevimus; ſicut coram Imperatore Henrico quarto diffinitum habemus: ſtatutum habemus, ad placitum cuiuslibet advocati pertinentes ſemel in anno quando preceptum fuerit omnes certis in locis conveniant, ibique in ſervitium ſuum plus non exigat, niſi duos modios tritici, & duos porcos, tres cados vini & medonis, decem cados cerviſie quinque modios avene, in pabulum equorum triginta. Ut autem ea que ad uſus fratrum pertinent minus diſtrahantur, hec ſubſcripta in uſus advocatorum ſunt deputata; videlicet, ſatisfactio temeritatum; ita tamen ut ſiqua diſpendia fratres in ſuis rebus patiuntur, primo eis ſua reſtituantur, & tertia pars pannorum ſit advocatorum, due partes ſint Abbatis & fratrum. Wergelda Abbatis & fratrum ſint; & mancipium pro mancipio. Preterea ſi prelati Eccleſie aliqua neceſſitate cogente dampnum ſibi vel rebus ſuis illatum ſalvo ordine ſuo recuperare non valuerint, ipſos advocatos in conpetentem locum advocent, ubi cauſas querimonie diligenter diſcutiant, nihilque ibi ab eis, vel ab eorum colonis quaſi ſub iuſtitia exigant, ſed cum caritate hoc quod eis impenſum fuerit accipiant. Sane fratribus eiusdem Monaſterii preſentibus atque futuris imitatione dilectiſſimi Patris noſtri Frideri-

rici Imperatoris aliorumque anteceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum liberam facultatem eligendi Abbatem concedimus: electus inveſtituram a Rege vel ab Imperatore per ceptrum accipiat: nihil tamen dati curie de iuſtitia exhibeat, eo quod predia & reditus prime fundationis per Arnoldum Ducem Bavarorum ut predictum eſt ad regni augmentum diſtracta ſint. Sed quid daturus eſt pro ſuo arbitrio fiat, & pro bona voluntate: nec cogantur ire in expeditiones Imperatorum. Inſuper quecunque bona ad idem Cenobium pertinere videntur, ſive futuris temporibus iuſtis & rationabilibus modis provenire poterunt, ſalva & illibata eidem perpetuo iure permanere decrevimus. Et ne quisquam hominum univerſa hec nefario auſu preſumat invadere, occupare, minuere vel quolibet modo alienare, cuncta ſub noſtre maieſtatis tuitionem ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. Si quis autem contra hanc noſtre auctoritatis paginam temere venire preſumpſerit, centum libras puriſſimi argenti fiſco noſtro perſolvat, & totidem ſupradicto Monaſteria componat. Ut autem hec noſtre poteſtatis auctoritas firma futuris temporibus & inconvulſa permaneat, preſentis ſcripti & ſigilli noſtri atteſtatione corroboramus. Huius rei teſtes ſunt: *Hainricus Wirceburcgenſis Epiſcopus. Otto Friſingenſis Epiſcopus. Counradus Abbas de Salveld. Heroldus Abbas de ſancto Burchardo in Wirzenburch. Bertholdus Dux Meranie, Comes Abertus de Pogen, Comes Fridericus de Abenberk, Comes Wolricus de Berge, Comes Bertholdus de Berge, Bertholdus Burcgrauius de Hennenberc, Comes Goutfridus de Vehingen, Walcounus de Staine, Bertholdus de Uffeldorf, Roubertus Dourne, Couno de Menzenbert, Sifridus Marſchalcus de Hagenouwe, Everhardus Marſchalcus de Anebos*, & alii quam plures. Signum Domini Henrici ſexti Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Acta ſint hec Anno incarnationis Dominice MCXCIII. Indictione XI. regnante Domino Hainrico ſexto Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, Anno Regni eius

vice-

viceſimo tertio Imperii vero tertio. Datur apud Uurcebur XV. Kalendas Junii.

Num. XXXII. Subjectio Ditramcellenſis. An, 1204.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Tegrinſenſi Abbati ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum & vota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter, dilecte in Domino fili, tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Eccleſiam S. Martini, *quam bone* memorie Dedaſcalchus predeceſſor tuus in fundo Monaſterii tui fundaſſe dicitur & dotaſſe tibi & Monaſterio tuo, ſicut eam iuſte ac pacifice poſſides, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petrj & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Anagnie XI. Kalend. Ianuarii, Pontificatus noſtri anno VI.

Num. XXXIII. Emunitas auſtriaca de an. 1204. & 1252.

In nomine ſancte & invidue trinitatis Leupoldus Dei gratia Dux Auſtrie & Styrie. Ad eterne vite beatitudinem temporalisque glorie ſtatum in hoc potiſſimum proficere credimus, ut Eccleſias, eccleſiarumque perſonas beneficiis, honoribus, quibus poſſumus, ampliare curemus, & petentium deſideriis congruum ſemper impertiamur affectum. Noverit itaque cunctorum tam preſentium quam futurorum fidelium Chriſti ſagacitas, qualiter venerabilis Abbas Manegoldus de Tegernſe teſtibus omni exceptione maioribus in preſentia noſtri optinuit, quod etiam prius, coram felicis memorie patre noſtro Liupoldo fratreque noſtro Frideri-

co, ſufficienti teſtimonio comprobaverat, quod Tegrinſenſis Monaſterii Abbates in prediis ſuis, videlicet in Liuben, & in Wachowe, & in Chreuſpach, & in quinque regalibus manſis inter duos fluviolos Piſtnich & Trieſtnich ſitis, & in Elarphe & Persnich cum familia eorundum prediorum, que S. Heinricus Imperator inter huius nominis Imperatores primus, inter Reges ſecundus, interventu ſancte Chunigundis Imperatricis, & S. Gothardi tunc Tegernſenſis Monaſterii Abbatis, ſed poſtea Hildensheimenſis Ecclesie Epiſcopi, predicto Monaſterio pro reverentia ſanctiſſime Dei Genitricis Marie & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, ac SS. Martyrum Quirini, Chriſogni & Caſtorii, qui ibidem corporaliter requieſcunt, tradidit, ita ut ipſi Abbates iudices ſibi utiles in eisdem prediis ordinent & provideant, qui a Principibus Auſtrie ad arbitrium Abbatum inſtituantur & deſtituantur. Nos vero huius ſancti Principis, in quantum poſſumus, veſtigia ſequentes, *idem*, quod ille intuitu gratie Dei inſtituit, pro divina remuneratione ratum eſſe concedimus, & ut in futurum maiori firmitate ſolidetur preſentis ſcripti privilegio ſigillique noſtri impreſſione, ſubſcriptioneque teſtium, quorum nomina ſunt hec, communimus: liberi, *Rapoto de Valchenperch*, *Ulricus de Pecka*, *Heinricus de Hagnowe*: Miniſteriales, *Ulricus Striuno*, *Marquardus de Hintperch*, *Rudolfus de Potendorf*, *Heinricus de Prunne*, *Liupoldus Pincerna*, *Gundacharus de Stira*: Capellani, *Chunradus de Ruſpach*, *Heinricus de Miſtelbach*, *Sivridus de Holabrunne*, *Ulricus de Zwetel*, & alii quam plures. Datum in Nwmburch per manus Ulrici Notarii, plebani de Valchenſtein anno Incarnationis Domin. MCCIIII. VI. Kal. Maii.

Nos autem Otacharus Dei gratia Dux Auſtrie & Stirie & Marchio Moravie ſpeciali favore volentes predictorum Principum, veſtigiis inherere univerſa & ſingula iura ſeu libertates indultas memorato de Tegernſe Cenobio & conſcriptas, ut & noſtre &

noſtrorum predeceſſorum exinde ſalutis ſuſcitari feliciter debeant incrementa, ſavorabiliter appenſione *Sigilli noſtri duplicis* & ſubſcriptione teſtium confirmamus: *Chunradus venerabilis Friſingenſis Epiſcopus*, *Comes Heinricus de Ortenberch*, *Heinricus de Schoumberch*, *Gebhardus de Tolntz*, *Liberi*, *Bohukſch filius Cerhonis*, *Iohannes de Wiſchnowe*, *Bohukſch de Taſſow*, *Leo Albero de Chunringen*, *Hadmarus & Rapoto fratres de Valckenberch*, *Wolfkerus de Parowe*; *Hadmarus de Werd*, *Heinricus & Chunradus fratres de Zakkingen*, *Heinricus de Hag*. Acta ſunt hec apud Chrems anno Domini MCCLII. XII. Calend. April.

Num. XXXIV. Pactum de dividundis miniſterialium liberis. An. 1222.

In nomine ſancte & individue trinitatis amen. Ludovicus Dei gracia Palatinus Comes Reni Dux Bawarie. Expedire videtur ad eterne felicitatis compendium, ut Eccleſias Dei, Eccleſiarum que perſonas rebus & beneficiis ampliare velimus, deſideriis petentium congruum impertiamur effectum. Noverit itaque univerſitas fidelium tam preſentium quam futurorum, quod ob reverentiam Dei ac beati Quirini Martiris, per interventum dilecti noſtri Tegernſenſis Abbatis Heinrici, ob remedium anime noſtre & omnium parentum noſtrorum, iam dicte Eccleſie hanc legem & iuſtitiam indulſimus, ut ſi quis miniſterialium noſtrorum ac ipſius Eccleſie matrimonium inter ſe contraxerit, ſine omni exactionis moleſtia ſemper ratum maneat, ac liberi eorum ſecundum conditionem Friſingenſis Eccleſie equaliter dividantur; ſi vero ſine heredibus deceſſerint, patrimonium ſi habuerint, ad cuius vir vel femina fuerit, revertatur. Preterea ſignificandum duximus quod *Albanus* miniſterialis noſter filius *Rudperti de Richerſpuren* ex petitione noſtra, beneficio avi ſui *Albani* & patris a predicto Abba-

te tali conditione infeodatus eſt, quod ſi idem Albanus legitimum Matrimonium cum miniſteriali noſtra vel ipſius Eccleſie ſortitus fuerit, liberi eius equa parte ſine malo ingenio dividantur, quod ſi aliter fecerit, univerſa, que ab avo ſuo vel a patre ex parte Monaſterii in prediis aut beneficiis ſucceſſive poſſederit eidem Monaſterio libere ſine contradictione ſuccedant. Ut autem hec inſtitucio firma & inconvulſa permaneat, ſubnotatis teſtibus & ſigillo noſtro ac Domini Abbatis confirmamus, Teſtes: *Rapoto Palatinus Comes de Ortenpere*, *Eberhardus de Porta*, *Rudpertus de Hadmaring*. *Luipoldus Pincerna de Auwe*, *Iſinricus de Waldeke*, *Heinricus Pincerna de Rickolsdorf*, *Chunradus de Chircheim*, *Hainricus de Riwering*, *Ingramus iunior de Sackſencheim*, *Otto Comes de Valai*, *Rudolphus de Tanne*, *Chunradus de Oſterhoven*, *Albertus de Lanzing*, *Heinricus de Muniſing*, *Otto de Hartpenin*, *Chunradus de Iſmaning*, *Ingramus de Wrt*. *Albanus de Waringau*, *Siboto de Loufental*, *Herbordus & filius eius Heinricus & Wernherus de Vinſterwalde*, & alii quam plures. Acta ſunt hec in Monaco anno MCCXXII. Indictionem X.

Num. XXXV. Privilegium Honorii III. PP. An. 1223.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui de Tegernſe ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Perſonas veſtras & locum in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que in preſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Eccleſiam ſancti Marti de Cellis cum pertinentiis

ſuis

ſuis quam vos aſſeritis canonice aſſecutos, ſicut illam iuſte, canonice, ac pacifice poſſidetis, & inſtrumento exinde confecto plenius continetur, vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Lateran. IV. Non. May Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Num. XXXVI. Friderici II. Imp. Confirmatio privilegiorum. Anno 1230.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Fridericus* ſecundus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Iheruſalem & Sicilie Rex. Si ad Eccleſias & loca venerabilia benigne dirigimus aciem mentis noſtre, ac eorum profectibus intendimus diligenter, nedum eterne retributionis merita, ſed laudis preconia conſequimur temporalis. Inde eſt igitur, quod notum eſſe volumus univerſis imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod cum *Henricus* venerabilis Abbas monaſterii Tegernſenſis dilectus Princeps & fidelis noſter ad noſtre maieſtatis preſentiam acceſſiſſet, quoddam privilegium, eidem monaſterio ſuo a divo Auguſto Imperatore *Heinrico* kariſſimo patre noſtro inclite recordationis indultum, noſtre celſitudine preſentavit, & humiliter ſupplicavit, ut privilegium ipſum innovari, & que continebantur in eo ipſi & ſucceſſoribus ſuis ac monaſterio ſupradicto confirmare de noſtra gratia dignaremur. Cuius privilegii tenor talis eſt. *Heinricus* ſextus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, *vid. ſupra ad annum* 1193. Num. 31. Nos autem prefati Abbatis dilecti Principis noſtri devotis ſupplicationibus benigniter inclinati, attendentes quoque devotionem ſinceram quam idem Abbas habere dignoſcitur erga noſtre celſitudinem maieſtatis, conſiderantes etiam, quod exhibemus obſequium Deo gratum

ſi, progenitorum noſtrorum divorum Auguſtorum memorie recolende veſtigia proſequentes, circa profectum predicti monaſterii tam liberaliter intendimus, quam libenter: predictum privilegium, ſicut de verbo ad verbum ſuperius ſcriptum eſt, iuſſimus innovari, & que continentur in eo prenominato Abbati, ſucceſſoribus ſuis & monaſterio ſepedicto de innata benignitatis noſtre gratia perpetuo confirmamus. Ut autem hec noſtra confirmatio robur obtineat perpetue firmitatis preſens privilegium fieri, & *bulla aurea typario noſtre maieſtatis impreſſo* iuſſimus communiri. H. r. t. ſ. *Bertholdus venerabilis patriarcha Aquilegenſis*, *Eberhardus Salzeburgenſis Archiepiſcopus*, *L. Reginus Archiepiſcopus*, *Syfridus Ratisponenſis Epiſcopus*, *Karolus Epiſcopus Secovenſis*, *Epiſcopus de Trieſten Steinv. Pattavienſis prepoſitus*, *Lyopoldus illuſtris Auſtrie & Stirie Dux*, *Otto Dux Maranie & Palatinus Burgundie*, *Bernhardus Dux Karinthie*, *Raynaldus Dux Spoleti Rapoto Palatinus Comes & frater eius Comes Heinricus de Ortenberc*, *Ulricus de Pechra*, *Aldemarius de Chuoring*, *Engelhardus & frater ſuus Fridericus de Adelechov*, *Cunradus de Oenlo*, *H. Comes Romaniole*, *Albertus Rimeſſindle*, *Goffridus de Söltzurch*, & alii quam plures. Signum Domini *Friderici* ſecundi Dei gratia illuſtriſſimi Rom. Imp. ſemper Auguſti Ieruſalem & Sicilie Regis. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo, Menſe Aprilis tertie indictionis, imperante Domino noſtro *Friderico* Dei gratia invictiſſimo Rom. Imp. ſemper Auguſto, Ieruſalem & Sicilie Rege, anno imperii eius decimo, regni Ieruſalem quinto, regni vero Sicilie triceſimo ſecundo feliciter, Amen. Datum apud Fogiam anno Menſe & indictione preſcriptis.

Num. XXXVII. Friderici II. Imp. conſtitutio de nos alienandis bonis Monaſterii. An. 1231.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Fridericus* ſecundus divina favente clementia Rom. Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex. Si ad loca religioſa & perſonas eccleſiaſticas oculos excellentie noſtre benigne convertimus, & utilitatibus ſuis miſericorditer providemus, imperialis celſitudinis noſtre nomen extollimus, & nobis, per id, eterne retributionis merita comparamus. Univerſis igitur imperii noſtris fidelibus tam preſentibus *quam* futuris volumus eſſe notum, quod *Henricus* venerabilis *Abbas* de Tegernſe dilectus fidelis noſter, noſtre celſitudini expoſuit, qualiter quidam Abbates Predeceſſores ſui bona quedam de demanio monaſterii ipſi in ducatu Auſtrie deputata vite fratrum eiusdem; que prefatum monaſterium a nobis & imperio tenet, quibusdam in feodum conceſſerant in preiudicium noſtrum atque imperii, & in evidentem monaſterii ipſius ao fratrum in eo degentium leſionem: propter quod excellentie noſtre humiliter ſupplicavit, ut tam comodis noſtris & imperii quam indempnitati monaſterii eiusdem & vite fratrum ipſorum ſalubriter providentes bona predicta, quam cito ea vacare contigerit, & redire ad demanium ſuum, extrahi non pateremur de demanio monaſterii ſupradicti. Nos igitur ſupplicationibus ſuis favorabiliter inclinati, ſtatuimus firmiter iniungentes, ut nulli, quem de cetero dicto monaſterio preeſſe contigerit, liceat bona prefata, poſtquam ad demanium monaſterii eiusdem redier. , de demanio monáſterii ipſius extrahere, infeudando ea, vel alio quocunque alienationis modo de ipſius poteſtate vel demanio ſubtrahendo. Nec ullus ſit, qui auſu temerario contra predicta venire preſumat: quod qui preſumpſerit indignationem culminis noſtri ſe noverit incurſurum, & penam inſuper XX. marcarum auri: quarum medietas

ca-

camere noſtre, & medietas altera ipſi monaſterio applicetur. Ad huius autem rei memoriam & perpetuam firmitatem preſens privilegium fieri iuſſimus, celſitudinis noſtre ſigillo munitum. H. autem r. t. ſ. B. Patriarcha Aquilegienſis, A. Magdeburgens., B. Archiepiſcopus Panormitanus . . . Archiepiſcopus Ravennat, . . . Epiſcopus Pabimbergens., . . . Epiſcopus Wormaciens., . . . Epiſcopus Brixinens., . . . Epiſcopus Oſemburgens., N. Epiſcopus Reginens., . . . Epiſcopus Ariminens., . . . Epiſcopus Ymolens., . . . Epiſcopus Lauſannens., . . . Epiſcopus Feſulanenſis, . . . Abbas Monaſteriens., A. Dux Saxonie. G. *de Harneſten ſacri imperii in Italia Legatus*, . . . *Comes de Schonburch*, . . . *Comes de Alremont*, . . . *Comes de Waldenberch*, . . . *Comes de Mulegeult*, . . . *Burgravius de Witin*, G. *de Hoemloch*. G. *Seneſcalcus*. C. *Pincerna de Clingenburch*, & alii quam plures. Signum Domni *Friderici* ſecundi Dei gratia inviʃtiſſimi Rom. Imperatoris ſemper Auguſti, Ieruſalem & Sicile Regis. Acta ſunt hec anno Dom. Incarnationis MCCXXXI. Menſe Decemb. quinte Indict. imperante Domino noſtro *Friderico* II. Dei gratia invictiſs. Rom. Imp. ſemper Auguſto, Ieruſalem & Sicile Rege, An. imperii eius XII. regni Ieruſalem VII. & Sicilie XXXIIII. feliciter, Amen. Datum in civitate Ravenne, anno, menſe & indict. preſcriptis.

Num. XXXVIII. Pactum de dividendis liberis miniſterialium. Anno 1235.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Otto* Dei gracia Comes Palatinus Reni & Dux Bawarie. Firmiora ſunt univerſa que geruntur & nulla poſſunt calumpnia perturbari, ſi vigorem trahunt ab annotacione Teſtium, & roborato teſtimonio literarum. Cognoſcat ergo preſens etas, & ſciant poſteri, quod ego *Otto* Comes Palatinus Reni & Dux Bawarie, iuxta conivenciam & petitionem dilecti nobis *Hainrici* Abbatis venerabilis de Tegernſe, ſuique Conventus & miniſterialium, pactum tale inivimus cum

Ab-

Abbate ipſo, & manuale Domini noſtri Romanorum Imperatoris *Friderici* auctoritate ambo ſimul inviolabiliter fecimus in preſentia Principum ſubſcriptorum roborari, quod in matrimoniis contractis, & in futuro contrahendis inter noſtros, & ante dicte Eccleſie Miniſteriales utrinque dividantur; quod etiam pie recordacionis *Ludwicus* pater noſter equidem firmiter confirmaverat. Ut autem res iſta foret ſtabilior, & in ſtatu incolomi ſemper conſervetur, nomina Teſtium, qui preſentes aderant, fecimus expreſſe ſubnotari, paginam ipſorum noſtrorum munientes firmamento. Teſtes ſunt: *Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus, Ekkebertus Babenbergenſis Epiſcopus, Chunradus Friſingenſis Epiſcopus, Sifridus imperialis aule Cancellarius, & Ratisponenſis Eccleſie Epiſcopus, Rudigerus Patavienſis Epiſcopus, Hainricus Sekkawenſis Epiſcopus, Sibota Auguſtenſis Epiſcopus, Wenezlaus Rex Bohemie, Bernhardus Dux Karintie, Raſpo Lantgravius Turingie, Chunradus Comes de Wazzerburch, Luitoldus de Augia, Alhardus Proiſingen, Sifridus de Vroberch, Hainricus de Hohenrain, Chunradus Ouffenhovern, Albanus de Waringow, Ulricus & Chunradus Teſtudines*, & alii quam plures. Acta ſunt hec apud Auguſtam, ibidem preſidente feliciter *Friderico* ſupradicto Imperatore, anno Incarnationis Domini MCCXXXV, indictione nona.

Num. XXXIX. Friderici II. Imp. Advocatus Monaſterii. Anno 1235.

Fridericus Dei gratia Rom. Imp. ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex dilecto Principi ſuo filio quondam illuſtris Ducis *Meranie*, & dilecto fideli ſuo Comiti Tyrulenſi gratiam ſuam & omne bonum. Cum ex inſpectione privilegiorum dilecti Principis noſtri venerabilis Abbatis de Tagrenſe ſerenitati noſtre conſtiterit evidentius, & nunc per ſententiam Principum coram kariſſimo filio noſtro H. illuſtri Rom. Rege, ſicut per literas ſuas ma-

manifeſte apparet, in iudicio ſit optentum, Eccleſiam ſuam eſſe liberam, & ab omni Advocatorum ſervitute communem penitus & excluſam, & quod libere Advocatum & defenſorem poſſit eligere, quem ſibi & Eccleſie ſue viderit expedire. Dictus quoque Abbas nos & imperium, ſicut ſua intererat pro ſe, & Eccleſie ſue univerſis infeudatis, miniſterialibus, ac tota familia ſua elegerit Advocatum, noſque ad maieſtatem noſtram recurrentes recipere, fovere, & defendere teneamur: devotioni veſtre firmiter precipiendo mandamus, quatenus a leſione & inquietatione, & ab omnimoda vexatione dicti Abbatis Eccleſie ac familie ſue ceſſantes ulterius, vobis ius non preſumatis aliquatenus tamquam proprium advocatie noſtre & imperii uſurpare. Scientes, quod nos ipſum Abbatem, & Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis ſub noſtra & imperii ſpeciali recepimus protectione, unde non poſſemus equanimiter tolerare, ut aliquis ei inferret ulla gravamina vel iniurias. Data Fogie ult. Decembr. VIII. indict.

Num. XL. Fridericus II. Imp. Advocatiam ſuſcipit. Anno 1235.

Fridericus Dei gratia Rom. Imp. ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex. Excellentie noſtre dignitas ex hoc maxime decoratur, ſi ad Eccleſias Dei noſtra pie feratur intencio, & earum commoditatibus provideat & augmentis; hinc eſt, quod cum dilectus noſter Princeps *Heinricus* venerabilis Abbas de Tagrenſe ad maieſtatem noſtram accedens, privilegia Eccleſie ſue nobis oſtenderit, in quibus ex conceſſione divorum Auguſtorum progenitorum noſtrorum, ei & Eccleſie ſue talis indulgetur libertas, ut ab omni advocature ſervitute ſit liber penitus & immunis, taliſque conditio in ſuis privilegiis ſit expreſſa, ut cum Advocatum aliquem dictus Abbas pro ſe & Eccleſia ſua elegerit, ſi ſibi videtur poſtmodum negligens defenſator, quod ipſum valeat amo-

vere,

vere, & per generalem ſententiam Principum & Magnatum imperii ſit optentum, coram kariſſimo filio noſtro *Heinrico* illuſtri Romanorum Rege, ſicut per ſuas litteras evidenter apparet, ut dictus Abbas Advocatum poſſit eligere, quem ſibi & Eccleſie ſue viderit expedire: ſepe dictus Abbas communicato fratrum ſuorum, miniſterialium infeudatorum, ac familie ſue conſilio, voluntarie ſe obtulit in manus noſtras, & nos in ſuum defenſorem advocatum elegit; ſupplicans humiliter & devote, ut ex quo dilectus Princeps noſter Dux *Meranie*, quem antea ſibi in advocatum elegerat, diem clauſit extremum, ipſum & Eccleſiam ſuam ſub noſtra & imperii protectione recipere dignaremur. Nos itaque ſuis peticionibus inclinati attendentes devotionem & grata ſervitia, que nobis exhibuit, & in antea in bono & melius poterit exhibere, ipſum Abbatem & Eccleſiam ſuam cum univerſis infeudatis miniſterialibus, totaque familia una cum omnibus bonis, que inpreſentiarum rationabiliter poſſidet, & in antea iuſto acquiſitionis titulo poterit adipiſci, ſub noſtra & imperii ſpeciali recipimus protectione. Mandantes & firmiter precipientes, ut nullus ſit, qui dictum Abbatem & Eccleſiam ſuam contra huiuscemodi protectionis noſtre tenorem preſumat temere moleſtare, quod qui preſumpſerit, indignationem noſtri culminis ſe noverit incurſurum. Ad cujus rei memoriam preſens ſcriptum fieri, & ſigillo noſtro juſſimus communiri. Datum Fogie ultimo menſis Decembris, octave indictionis.

Num. XLI. Fridericus II. Imperator Advocatus Monaſt. An. 1235.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex, dilecto Principi ſuo Heinrico Venerabili Abbati, conventui, infeudatis Miniſterialibus, atque familiæ Eccleſie de Tegrenſe gratiam ſuam, & omne bonum. Cum

Eccleſia veſtra talibus gaudeat libertatibus, & utatur privilegio, quod Advocatum & Defenſorem libere poſſitis eligere, quem veſtre promotioni, & commodo videritis expedire, & nunc, quem elegeratis, Dux *Meranie* dilectus Princeps noſter, diem extremum clauſit, devotioni veſtre grates referimus copioſas, quod nos in Advocatum eligere decreviſtis; recipientes vos & Eccleſiam veſtram cum omnibus bonis, mancipiis, libertatibus, & ei attinentibus ſub protectione noſtra & imperii ſpeciali. Mandantes, & ſub obtentu gratie noſtre firmiter precipientes, ut nullus ſit, qui auſu ductus temerario dampnum vobis aliquod irrogare preſumat, quod ſiquis preſumpſerit, indignationem noſtri culminis ſe noverit incurſurum. Datum Fogie ultimo Decembris VIII. indictione.

Num. XLII. Pactum circa Miniſteriales cum Ottone Duce Meraniæ. An. 1296.

Otto Dei gracia Dux Meranie, Palatinus Comes Burgund. univerſis, qui preſens viderint & acceperint ſcriptum, ſalutem. Tenore preſentium patefieri volumus omnibus hominibus tam preſentibus quam futuris, quod cum *Chuonradus de Egelinge* miniſterialis monaſterii in Tegernſe duxerit miniſterialem noſtram *Gertrudim filiam Heinrici de Slitters*, nos permiſimus bona voluntate, quod pueri, quos procrearet, equaliter dividantur, ita, quod media pars cedat nobis, & media pars cedat Monaſterio, ipſique pueri, qui fuerint de dicto matrimonio procreati, equalem hereditatis capiant portionem. Ad hoc per evidentiam placuit hanc Brevem ſcribere, & ſigilli noſtri munimine confirmare. Teſtes: *Comes Heinricus de Eſcheloch, Eberhardus de Porta, Gotſcalcus de Wiederſperg, Griffo de Undowe, Chunr. de Oellenberch, Fridericus de Rotenberch & frater ſuus Heinricus, Witilo de Taur, Ruotbertus de Hatmaring & filius ipſius Gotwingus, Ch. de Hohenberch, Ch. Waldær,*

Hein-

Heinricus de Edelhuſen, & alii quam plures, anno Domini MCCXXXVI.

Num. XLIII. Reparatio damni illati. An. 1238.

Ne memorię poſterorum negotia geſta per oblivionem elabantur, ideo ſcriptis conſueverunt perpetuari. Hinc eſt, quod ego *Hainricus* Dei gratia Abbas, & Conventus Tegernſee confitemur, Dominum *Eberhardum de Porta* de illatis nobis dampnis amicabiliter ſatisfeciſſe per collationem curie in *Holzhauſen* pro XV. *talentis*, pro quibus ipſe ac ſui Fideiuſſores nobis tenebantur obligati, ut tempore vite ſue in ſignum proprietatis nobis tradite, de curia ipſa LX. denarios nobis in feſto S. Ioannis Evangeliſte perſolvat, ac eo mortuo de poſſeſſione, & uſufructu eiusdem curie memoria ipſius, & ſuorum ſucceſſorum in eodem feſto habeatur. Rogatu etiam eiusdem *Eberhardi*, *filius eius Eberhardus*, *& Otto*, & uxor ſua Domina *Agnes* ſolempniter eidem curie renuntiaverunt, proprietatem ipſam nobis reſignando, ut ex hoc omnes ſimul indulgentias ſuorum conſequantur delictorum, & iam dictus *Eberhardus* pro memoriali facte nobis ſatisfactionis, & ſue abſolutionis litteram preſentem ſibi conſcribi poſtulavit, ne forte, quod abſit, ſibi vel ſue poſteritati de aliquibus dampnis queſtio poſſet ſuſcitari: firmiter ac fide data promittendo, quod iniuriis & dampnis Eccleſie noſtre venturis conſilio & auxilio contraire non omittet, niſi forte Domini ſui Ducis *Meranie* contra nos ſequi cogatur comitatum. Et ut hec firma & inconvulſa permaneant, teſtium nomina decrevimus ſubnotare, qui ſunt: *Conradus de Ouſkovern*, *Ortolfus de Sachſenhuſen*, *Heinricus Pinckeney*, *Heynricus de Eglingen*, *Meingodus de Raen*, *Heynricus de Rechlingen*, *Ulricus de Mann*, *Wernerus de Vinſterwalde*, *Sigmarus de Weckeringen*, *Otto de Porterhuſen*, *Conradus de Schwarzenpach*, *Siboto de*

Weſkeringen, *Fridericus de Stauff*. Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis MCCXXXVIII. in die Purificationis beate Virginis.

Num. XLIV. Immunitas auſtriaca de An. 1241. & 1252.

Fridericus Dei gratia Dux Auſtrie & Stirie, & Dominus Carniole, omnibus hanc paginam inſpecturis in perpetuum. Solite benignitatis affectu cogitantes, que felicis recordationis Progenitores noſtri ſpecialiter pro libertate Eccleſiarum quarumlibet, que in noſtro ſunt dominio conſtitute, facere dignoſcuntur conſervare, augmentare pariter cupientes, tenore preſentium notum fieri volumus univerſis: quod non ſolum ex inſtrumentis, per que inſtruimur, & non immerito inclinamur ad ſingula conſervanda, que dicti Progenitores noſtri de mera liberalitate quomodolibet feciſſe videntur, aſſurgimus cum affectu, verum etiam divinitus ſtimulati ſingulis Eccleſiis de gratia ſpeciali noſtris temporibus taliter adeſſe volumus & prodeſſe, ut & nos de hiis & aliis, que fecerimus, Deo inſpirante mereamur fieri participes regni Dei. Penſatis igitur premiſſis foeliciter atque digne, fratribus & Eccleſie in Tegrinſe pro remedio anime noſtre, nec non ut progenitoribus noſtris ſimiliter in remiſſionem proficiat peccatorum, favorabiliter indulgemus, ut ſingulis annis omnia victualia ſua tam per aquam quam per terram ad Coenobium ſuum ſine exactione qualibet, quocunque cenſeantur nomine, & absque muta ducere debeant libere & ſecure. Ut autem preſens noſtra conceſſio robur obtineat perpetue firmitatis, preſentem paginam in evidens teſtimonium, & cautelam iuſſimus ſigilli noſtri munimine roborari. Acta ſunt hec Patavii anno Domini MCCXLI. Kal. Martii XIIII. Indict.

Nos autem Otacharus Dei gratia Dux Auſtrie & Styrie, & Marchio Moravie, ſpeciali favore volentes predicti Principis veſtigiis inherere, univerſa & ſingula iura, ſeu etiam libertates indultas

tas memorato de Tegrenſee Coenobio & conſcriptas, ut & noſtre, & noſtrorum predeceſſorum exinde ſalutis ſuſcitari feliciter debeant incrementa, favorabiliter appenſione ſigilli *noſtri duplicis* & ſubſcriptione teſtium irrevocabiliter confirmamus. *Dominus Chunradus venerabilis Friſingenſis Epiſcopus, Comes Heinricus de Ortenberch, Heinricus de Schoumberch, Gebhardus de Tulnz liberi. Bohuſch filius Cerhonis, Iohannes de Wiſchnewe, Bohuſch de Taſſowe, Leo, Albero de Chunringen, Hadmarus & Rapoto fratres de Valchenberch, Wolfkerus de Patrowe, Hadmarus de Werd, Heinricus & Chunradus fratres de Zeckingen, Heinricus de Hag.* Acta ſunt hec apud Chrems. Anno Domini MCCLII. XIIII. Kal. Aprilis.

Num. XLV. Donatio mancipiorum. An. 1241.

Otto Dei gracia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauuarie, univerſis preſens intuentibus ſcriptum ſalutem. Cum donacioni elemoſinarum Eccleſia premia largiatur, nos ob réverentiam B. Quirini ad peticionem venerabilis Abbatis in Tegerinſe *Heinrici*, Mechtildem filiam *Friderici dicti Sticker de Alranys* eidem Eccleſie libere donavimus, cum omui ſua poſteritate perpetuo ſervituram. Ne autem ipſa donatio ab aliquo noſtrorum heredum infringatur, preſentem cedulam ipſi conceſſimus in teſtimonium ſigilli noſtri vigore laudabiliter inſignitam. Acta ſunt hec anno Domini MCCXLI. III. Non. Maii. II. Indict. aput Kaſtrum Dachow.

Num. XLVI. Donatio miniſterialis. An. 1256.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen. Univerſa negotia litteris mandata, ac voci teſtium, ab utroque trahunt imobile firmamentum. Noverit itaque univerſitas fidelium tam futurorum quam preſentium, quod nos *Chuonradus* Dei gratia, *Comes de Valchenſtain*, ac de Nuyepurch ſeu Hadmarſperch, ad inſtantiam

tiam venerabilis Abbatis in Tegrinſee noſtri dilecti Domini Oulrici nuncupati, nec non & ſui Conventus humilem ſupplicationem, tradidimus Monaſterio prefato intuitu divine remunerationis precipue, ac pro remedio anime noſtre & progenitorum noſtrorum, ac etiam fratris noſtri defuncti, videlicet *Comitis Sibotonis* filiam Domini Ulrici de Oſtrindorf Eliſabet nominatam, cum duabus filiabus ſuis Petier & Diemudis appellate cum omni ſua poſteritate, hac conditione addita, ut iure miniſterialium eedem debeant cum omni ſua poſteritate merito gaudere, que de *nobilioribus ſeu melioribus de noſtra familia dinoſcuntur eſſe veraciter progenite.* Ut autem hec noſtra traditio ſolempniter acta robur maioris obtineat firmitatis, hanc cedulam teſtibus ſubnotatis adiunctis ſigilli noſtri appenſione firmiter iuſſimus roborare, & Domino Abbati & Conventui prelibato aſſignare. Teſtes ſunt hi: *Ulricus Velſtoz. Eberhardus de Niwertingen. Rupertus Teſtudo. Otto de Porterh. Chuonradus de Swerlinpach. Oulricus Bavvarus. Chuonradus eius frater de Richerſpueren. Chuonradus Hager. Chuonradus Chuzo. Hilteprandus de Vinſterwalde Officialis, Waltherus Plebanus, Henricus in Gemunden,* & alii quam plures. Acta ſunt hec aput Tegrinſee anno Dominice incarnationis MCCLVI. V. Idus May. Indictione XIIII.

Num. XLVII. Privilegium Alexandri IV. PP. An. 1257.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii de Tegernſee ordinis S. Benedicti Friſingenſis Dioeceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſſe nos facilem prebere conſenſum & vota, que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus ſuis, que inpreſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in fu-

tu-

turum iuſtis modis procurante Domino poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus: ſpecialiter autem terras, domos, poſſeſſiones, paſcua, ſylvas, & alia loca veſtra, ſicut ea omnia iuſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani XII. Calend. May. Pontificatus noſtri anno tertio.

Num. XLVIII. Pactum circa mancipia. An. 1257.

Ego *Gebhardus de Tolnz* notum eſſe cupio univerſis, preſentibus atque futuris hanc cedulam inſpecturis, quod ad peticionem venerabilis Abbatis Ulrici motus viſceribus pietatis contuli iure hereditario Dominam Liucardam, uxorem Domini *Hugonis dicti de Elnpach*, ſancto Quirino cum omnibuss filii ac filiabus, quos vel quas quamdiu vixerit generaverit, memorans, ut illi perpetuo impendant ſervicia, quemadmodum miniſteriales eiusdem Eccleſie ſunt iure ſolito ſervientes. Ad remedium autem anime mee impetrandum hoc peragens preſentem paginam mei ſigilli munimine ſolidavi, ut firmitatem habeat atque robur, anno Domini MCCLVII. mediantibus teſtibus ſubnotatis. Sunt autem teſtes Dominus *Fridericus Prepoſitus Eccleſie Tegrinſenſis*, *Dominus Fridericus de Elnpach frater Domini Hugonis*, *Dominus Heinricus de Vinſterwalde*, *Dominus Ulricus Velsloſſus milites*, *& Pertholdus de Elnpach*, *Siboto de Rabenekke*, *Chunradus de Rabenekke*, *Wernherus Cellerarius de Lengrieſen*, *Chunradus de Steisbach*, *Hugo de Hochenekke*, *Ingram de Saxencheim &c.*

Num. XLIX. Pactum circa mancipia cum Duce Auſtriæ, An. 1259.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti amen. Nos Otacharus Dei gratia Dominus Regni Bohemie, Dux Auſtrie, & Marchio Moravie, Eccleſie in Tegernſee Abbati & Conventui eiusdem Eccleſie in perpetuum. Cum ex debito ad ea teneamur intendere ex ſuſcepta a Domino dignitate, que ad bonum pacis & terre commodum, nec non ſubditorum noſtrorum poſſunt facere & etiam promovere, facilem aſſenſum ad ea duximus concedendum, maturitate noſtri conſilii accedente, que ſervitiorum noſtrorum nobis poterunt numerum adaugere. Et ecce premiſſis omnibus diſcuſſis provide, & tractatis concedimus, & virtute preſentium inviolabiliter ab omnibus volumus obſervari, ut hominibus noſtris, quacunque dignitate & nomine cenſeantur, ſecure, & de noſtra voluntate & conſenſu liceat cum hominibus Eccleſie in Tegernſee matrimonia contrahere, & hominibus dicte Eccleſie cum noſtris hominibus contrahere, e converſo hoc adiecto, ut quecunque proles per contractum huiusmodi proveniant ex coniunctione hominum predictorum equaliter, tam nobis quam noſtris ſucceſſoribus, quam ſupradicte Eccleſie dividantur. Adiicimus etiam, ut heredes, qui ex contractu provenerint prelibato, equa portione tam in feudis, quam in poſſeſſionibus gaudere debeant quiete. Volumus etiam, ut gratia ſupraſcripta extendi debeat non ſolum ad preſentes & poſteros, quin imo ad preterita extendi debeat & ſervari. Et ne ſuper hoc contentio in poſterum valeat ſuboriri, preſens inſtrumentum ipſi Eccleſie cum annotatione Teſtium & appenſione ſigillorum noſtrorum donavimus ad cautelam. T. ſ. *Sifridus Orphanus, Otto de Haslowe, Otto de Meyſſowe, Álbero de Chunringen, Heinricus Marſalcus de Witern, Heinricus de Liechtenſtain, Albero de Polſenheim, Ulric. de Lobenſtein, Heinr. de Hag, Ulricus Wellslofs, Hilprandus de*

V...

Vinſterwalde, *Heinricus ibidem*, & plures alii. Actum in *Chrems*, anno Dominice Incarnationis MCCLVIIII. Datum per manum Prothonotariorum noſtrorum *Arnoldi & Ulrici*. Indict. II. XV. Calend. Decemb.

Num. L. Donatio Miniſterialis, circa An. 1260.

Ne acta poſterorum noticiam ſubterfugiant, ideo ego *Otto Comes de Vallay* ſcripto ſignifico univerſis preſentibus ac futuris, qualiter pro anime mee remedio *Gertrudim* filiam *Heinrici de Hohenrain* S. Quirino in Tegernſe legavi, me vivente dimidiam, ſed me mortuo totam, ſive cum liberis progenitis, ſeu ſine liberis decedam, quod factum in principali eiusdem Eccleſie altari multis coram aſtantibus publicavi. Teſtibus ſubſcriptis ad hoc notandum diligenter invitatis, quorum nomina ſunt hec: *Ingramus Gufer & frater eius Ingramus de Sachſenheim*, *Walterus filius eiusdem*, *Rudolfus de Warengau*, *Albanus de eodem*, *Sibato de Lauſental*, *Chunradus & Heinricus fratres de Ouſhuſen*, *Heinricus & Chunradus fratres de Eglingen*, *Heinricus & Wernhardus fratres de Vinſterwald*, *Otto filius Comitis Chunradi &c.* & alii quam plures.

Num. LI. Donatio Molendini. Anno 1269.

Nos *Ludovicus* Dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie. Tenore preſentium profitemur, & patere volumus univerſis intuentibus ſeriem huius ſcripti, quod nos Molendinum noſtrum in *Grub* ſitum, videlicet *Mitternmul* cum ſuis pertinentiis, ad nos titulo proprietatis pertinens, Eccleſie Tegernſeenſi, quam ſpeciali favore proſequimur, pure propter Deum, & remiſſionem peccaminum noſtrorum, & uxoris noſtre cariſſime *Anne* liberaliter donavimus, perpetuo poſſidendum, precipue tamen includimus, quod ſingulis annis in predicta Eccleſia annualis me-

moria obitus Domini *Ottonis illuſtris Comitis de Valoi* ſolempniter in miſſis, vigiliis, & orationibus celebretur: ita tamen, quod fratribus ibidem Deo ſervientibus eodem die conſolatio exhibeatur, ſecundum quod Abbati eiusdem loci iuxta quantitatem redditauum dati Molendini videbitur expedire; advocatia tamen ſepedicti Molendini apud nos & heredes noſtros ſicut hactenus permanente. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum conſcribi iuſſimus, ſigilli noſtri munimine roboratum. H. r. t. ſ. Dominus *Chunradus* venerabilis Friſingenſis Epiſcopus, Dominus *Ulricus* ipſius Epiſcopi Capellanus, Dominus *Eberhardus* vice Dominus, *Bernhardus* vice Dominus Friſingenſis. *Hermannus de Hotymberch*, *Arnoldus de Meſſinhuſen*, *Heinricus de Egwic*, *Ulricus Vellslox*, *Hainricus Plebanus de Celle*, & alii quam plures. Actum & datum apud Monacum, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, tertio Idus Ianuarii.

Num. LII. Cura infirmorum. Anno 1270.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, ego *Ulricus* Dei gratia, Patavienſis Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Nos qui Domino Deo auctore, cura paſtorali ſancte Patavienſis Eccleſie, licet inmeriti, deſervimus congruum eſt, ut benefacta venerabilium anteceſſorum noſtrorum, Patavienſium Pontificum, Domini videlicet *Wolfgeri*, poſtmodum Aquilegenſis Patriarche, ſuique ſucceſſoris Domini *Popponis*, nec non predeceſſoris noſtri pie recordationis Domini *Manegoldi*; piis ipſorum exemplis excitati, quantum poſſumus, pro modulo noſtro immitemur. Unde iuſticiam fratrum de *Reitenhaſela* in remiſſione predagii, quod vulgo dicitur Muta, quam nobis in repreſentatione privilegiorum ipſorum, in preſentia Chori noſtri & miniſterialium noſtrorum & civium ſatis evidenter probaverunt, pie recognovimus, & liberum navibus predictorum fratrum victualia ſive alia quecunque ad ipſos proprie ſpectantia portantibus Patavie tranſitum conceſſimus perpetuo; eo maxime intuitu, quatinus orationibus ipſorum apud Deum & ſanctam Dei Genetricem Mariam miſericorditer adiuvemur. Statuimus igitur & ſub diſtrictione omnipotentis Dei & extremi examinis, auctoritate quoque beati Stephani Protomartyris Patroni noſtri & noſtra diſtricte pre-

precipimus, ne aliquis officialium noſtrorum viciſſim ſibi in hoc officio ſuccedentium aut aliqua ſpiritualis ſecularisve perſona predictos fratres in bonis eorum auſu temererario inquietare preſumat, & contra benigna noſtre confirmationis inſtituta aliquam in eos faciat exactionem. Ut autem hec noſtre benignitatis traditio predictis fratribus, noſtris noſtrorumque ſucceſſorum temporibus ſtabilis & inconvulſa permaneat, preſentem paginam inde conſcribi, & ſigilli noſtri inpreſſione cum teſtibus ſubnotatis precepimus firmius roborari. Teſtes: *Otto Decanus*, *Hartnidius prepoſitus*, *Gotfridus Archidiaconus*, *Magiſter Hainricus*, *Eberhardus de Iahinſtorf*, *Rudolfus & Chunradus ſcribe Eccleſie*, *Otto de Morſpach*, *Siboto de S. Ulrico*, *Chunradus de Stehdorf*, *Gerhardus Iudex*, *Karulus Subiudex*, *Ekardus & frater eius de Feurth*, *Heinricus Inciſor*, *Heinricus de Markgazzen*, *Paldricus* & alii quam plures tam de choro quam de civitate.

Num. IX. Abbas Raitenhaſelac. conſtituitur poenitentiarius Ottonis II. Duc. Bai. An. 1240.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati de Raitenhaslach, Ciſtercienſis ordinis, Salczeburgenſis Dioceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem! Dilectus filius nobilis vir - - - Dux Bawarie de ſalute ſua ſollicitus nobis humiliter ſupplicavit, ut cum ipſe ad exercendas in terra ſua malefactorum vindictas, nonnumquam aliqua facere compellatur, de quibus anime ſue timet periculum imminnere, ſuper hoc ei paterna curaremus ſollicitudine providere. Ideoque diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus audita ſuper hiis confeſſione ipſius, iniungas eidem pro ſuorum exceſſuum qualitate penitentiam ſalutarem. Quodſi forte pro incendio aut iniectione manuum in Clericos ſeu perſonas Eccleſiaſticas violenta, laqueum excommunicationis Dux predictus noſcitur incurriſſe, auctoritate noſtra

ſibi

ſibi beneficium abſolutionis iuxta Eccleſie formam impendas, proviſo quod iniuriam & dampna paſſis ſatisfaciat competenter. Datum Laterani II. Id. Martii Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

Num. X. Incorporatio Eccleſiæ Bergkirchen. An. 1246.

In nomine ſancte & individue trinitatis amen! Eberhardus, Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus Apoſtolice Sedis Legatus, omnibus inperpetuum! Quia generatio preterit & generatio advenit, filii qui naſcentur & exſurgent narrare non poterunt poſteris ſuis opera pietatis illorum qui ſpiritu Dei aguntur, hiis exhibita qui divino ſunt cultui mancipati, niſi ſcripto fuerint commendata. Igitur noticie tam modernorum quam futurorum inculcare volumus, nos devotione ſolita ducti circa Conventum Fratrum ordinis Ciſtercienſis in Reintenhaſela, pro remedio anime noſtre, de conſenſu Capituli noſtri, Parrochiam Perkhirchen ſitam inter Muldorf & fluvium qui Rota vocatur, pro ipſorum conſolatione contuliſſe liberaliter, pleno iure, in perpetuum poſſidendam; ita ut Abbas de conſilio Conventus eidem Parrochie in ydoneo provideat Sacerdote, cui, prout ipſorum diſcretioni viſum fuerit, prebenda competens aſſignetur, reliqua vero cedant ad utilitatem Monaſterii memorati. Ne autem ſuper hac donatione alicui dubium oriatur, preſentem cartam noſtri ſigilli munimine iuſſimus roborari. Acta ſunt hec apud Friſacum, an. Domini M.CC.XLVI. VI. Kal. Decembris, preſentibus Domino *Ulrico venerabili Epiſcopo Laventino*, *Domino Ottone Prepoſito*, *Friderico Canonico Salzburgenſi*, *Magiſtro Heinrico Notario & Scolaſtico Friſacenſi*, *Magiſtro Berhtoldo Plebano de Lunze*, *Dietrico*, *Chunrado Capellanis & Canonicis Friſacenſibus*, *Magiſtro Ulrico Scolaſtico de Volkhenmarkhet*, & aliis quam pluribus. Datum Friſaci, tempore ſupra dicto.

Num.

Num. XI. Incorporatio Eccleſiæ Bergkirchen. An. 1246.

Otto Dei gratia Prepoſitus & Archidiaconus, Wolframus Decanus, totumque Capitulum Eccleſie Salzburgenſis, Dilectis in Chriſto fratribus Walchario Abbati, toticque Conventui in Reitenhaſelach Ciſtercienſis ordinis, ſaterpuam in Domino karitatem. Quociens a nobis petitur quod iuſtum eſt & conſonum rationi, benevolum prebere debemus aſſenſum, maxime circa illa, ubi Religioſorum quies intenditur, & utilitas procuratur. Cum ergo Dominus & Pater noſter pie memorie venerabilis Eberhardus ſecundus Salzburgenſis Archiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus, utilitati veſtre conſulens & quieti, qui die noctuque in Vigiliis & orationibus ac ieiuniis frequentibus Dominum pro ſua Eccleſia exoratis, iuxta veſtri ordinis decenciam & rigorem, Eccleſiam Parochialem in Perchirche, ſitam inter Multorf & *fluvium qui dicitur* Rot, cum iuribus ſuis & pertinenciis contulerit pleno iure in ſubſidium veſtri deffectus, pro remedio anime ſue & Predeceſſorum nec non & ſucceſſorum ſuorum, ita quod ibi inſtituto provido ſacerdote, ſecundum continentiam privilegii ſuper hoc vobis traditi, divinum ibi officium exſolvatur. Nos igitur veſtris precibus inclinati, quia devoti nobis exiſtitis & exiſtere credimus in futurum, donacioni vobis per predictum Dominum noſtrum factu liberaliter conſentimus, eamque preſenti ſcripto deximus adprobandam. Et ne ſuper hoc vobis in futurum queſtio moveatur, preſens inſtrumentum vobis dedimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum huius apud Salzburch, anno Domini M. CC. XLVI. IIII. Kal. Ian. V. Indictionis.

Num. XII. Venditio decimarum. An. 1258.

Noverint univerſi quod nos *Conradus* Dei gratia *Comes in Rottenberch* Domino noſtro Walth. Abbati, nec non Conventui in

in Reitenhaſelac quandam noſtram decimam ipſis adiacentem, quam a Domino noſtro Salzburgenſi Epiſcopo in feudo poſſidebamus, cum omni ſuo iure, remota aliqua parentum noſtrorum contradictione, pro XL. libris & XX. ſolidis Ratisponenſibus aſſignavimus libere poſſidendam. In huius rei teſtimonium ipſis preſentem paginam contulimus, noſtri ſigilli munimine roboratam. Teſtes: *Dominus Swikerus Gethingenſis Prepoſitus*, *G. Notarius Comitis de Thilingen*, *Iohannes in Landshout Scolaſticus*, *Eberhardus de Rotenbach Iudex*, *Bero Sagittarius Pernhardus Longus*, *F. Colnpeck*, *Eberhardus Cultellator*, *Eberhardus* Clypeator, *Irmfridus Edituus Crucis in Landshout*, *& alii quam plures.* Datum Landshout, Anno Domini MCCLVII. IIII. Kal. Iulii.

Num. XIII. Immunitas a Cometia Cidlarienſi. An. 1260.

Hainricus Dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bavarie, omnibus hec ſcripta intuentibus ſalutem in perpetuum. Ad notitiam pervenire volumus univerſorum, quod fidelis noſter *Otto Miles de Walde*, una cum ſeniore filio ſuo in noſtra conſtitutus preſentia, de voluntate & aſſenſu uxoris ſue ceſſit & renuntiavit libere & abſolute omni iuri quod ſibi ratione *Comitie* uſurpaverat in prediis Eccleſie Raitenhaslach, ſitis in terminis Cydelarn, tam in acquiſitis quam in perpetuum acquirendis, reſervato ſibi dumtaxat iudicio furti & ſanguinis, ſicut in Privilegiis Eccleſie prefate plenius continetur. Hec autem ceſſio & renuntiatio facta eſt ſub tali formula pactionis, quod Abbas & Fratres Eccleſie memorate dederunt VI. talenta denariorum Salzburgenſis Monete perſolvenda pro quadam curia Urioltsmos dicta, que cuidam fuerat obligata, quam *Choumo de Toerringen* ſupradicto Ottoni aſſignavit iure perpetuo poſſidendem. Ut autem hec rata permaneant & inconvulſa, hanc paginam ſcribi & noſtri munimine ſigilli fecimus roborari. Huius rei teſtes ſunt: *Dominus Otto Prepoſitus*

Salzburgenſis, *Pincerna de Vlugelſperc*, *Ekkehardus de Tanne*, *Perhtoldus de Schiltperch Milites*, *Hainricus Domini Ducis Notarius*, *Nicolaus Fridericus Monachi de Raitenhaſelach* & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLX in aſſumt. B. Virginis Marie in Caſtro Burchuſen.

Num. XIV. Immunitas Patavienſis. An. 1264.

Nos Otto, Dei gratia, Eccleſie Patavienſis Epiſcopus, notum facimus univerſis preſentes litteras inſpecturis, quod dilecti in Chriſto Abbas & Conventus ſancte Marie in Raitenhaſelah ordinis Cyſtercienſis, nobis & capitulo noſtro preſentaverunt litteras predeceſſorum noſtrorum Wolfkeri, Bopponis, Manigoldi, Ulrici & Rugeri, in quibus continebatus ipſis indultum, ut naves ipſorum in aſcenſu & deſcenſu Patavie libere pertranſirent. Quare nos eorundem venerabilium patrum exempla *ſequentes & omnem* defectum ſi quis in huiusmodi forſitan exiſtit, ad conſilium & inſtanciam capituli noſtri ſupplentes, predicto conventui concedimus, de gratia ſpeciali, ut duo talenta ſalis maioris ligaminis de propriis ſalibus apud Obernperge & Pataviam ſine muta & exactione qualibet transducat vel transduci faciat annuatim: Sub interminacione divini iudicii inhibentes, ne quis eundem conventum preſumat contra indultum hoc offendere nec de victualibus ipſius in predictis locis noſtris quo ſimiliter in perpetuum libere tranſire concedimus, aliquid extorquere, maxime cum inter cetera ſuarum orationum ſuffragia, quibus nos & capitulum noſtrum participes ſtatuerunt, hoc duxerint ſpecialiter adiungendum quod in noſtro, ſucceſſorum noſtrorum & omnium Fratrum capituli noſtri obitus vel depoſitionis die, Miſſam & vigilias tanquam ſuis fratribus celebrabunt, & nihilominus, ſingulis annis, *uno die*, qui magis ipſis oportunus videbitur, pro remiſſione *omnium* Pontificum & Canonicorum Patavienſis Eccleſie commemorationem facient

ſolempniter defunctorum. Ut autem premiſſa omnia pro noſtra, ſucceſſorum noſtrorum & tocius capituli noſtri ſalutem & ſepedicti Conventus neceſſitate provide ac ſalubriter ordinata, rata permaneant, nec per maliciam aut calumniam poſſint ab aliquo infirmari preſentes litteras noſtro & capituli noſtri ſigillis communiri fecimus, in teſtimonium & cautelam. Sunt autem hii teſtes: *Meingotus prepoſitus*, *Boppo Decanus*, *Wernhardus de Miſpach*. *Heinricus de Ramunge*, *Heinricus de Haidendorf*, *Albero Comes de Rotenekk*, *Siboto de Iannberck*, *Magiſter Hartwicus Scolaſticus*, *Otto Cantor Wernhardus de Prambach Canonici*, *Siboto de Lonſtorf*, *Berhtoldus de Heidendorf*, *Heinricus de Radekke*, *Ulricus Iudex*, *Chriſtanus Wernhardus de Ynne*, & alii quam plures. Datum Patavie, Anno Domini MCCLXIIII. Octavo idus Martii: Pontificatus noſtri anno undecimo.

Num. XV. Confirmatio decimar. in Dietfurt. An. 1277.

Nos Leo, miſeratione divina, Ratiſponenſis Epiſcopus, univerſis preſentes litteras inſpecturis volumus eſſe notum, quod nos omnes libertates, immunitates, privilegia ſeu indulta que Romani Pontifices, vel etiam noſtri predeceſſores Epiſcopi Ratisponenſes dive recordationis, fratribus in Raitenhaſela ordinis Cyſtercienſis conceſſerunt ſeu etiam indulſerunt, ſuper decimis in Parrochia Dyetfurte noſtre Dioceſis tam maioribus quam minutis de conſenſu prepoſiti Monaſterienſis plebani eiusdem Parochie rata habemus & auctoritate preſentium approbamus & nihilominus confirmamus. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras noſtri ſigilli robore iuſſimus communiri. Datum Wienne Anno Domini MCCLXX. ſeptimo, VIII. Kal. Aprilis.

Num. XVI. Laudum ſuper Comecia Zeidlarn An. 1275.

Nos Hainricus Dei gratia Palatinus Comes Reni, Dux Bavarie, notum facimus omnibus preſentia inſpecturis, quod cum inter Eccleſiam de Raitenhaslach ex una parte, & fidelem noſtrum Ottonem de Walde ex altera, ſuper iudicio poſſeſſionum & hominum dicte Eccleſie in comecia ſua Zeidlarn exiſtentium iam diu eſſet lis & contentio agitata, tandem in nos & Hainricum venerabilem prepoſitum Oetingenſem, voluntarie ab utraque parte extitit compromiſſum, unde & nos ambo promulgavimus concorditer arbitrium infra ſcriptum: videlicet, quod dictus Otto ius & formam iudicandi obſervare deberet, & in bonis & hominibus Eccleſie memorate, ſecundum quod ius ſe haberet iudicii Oetingenſis; quod ſi ipſe vel iudex ſuus transgreſſus *fuerit*, *tunc* infra ſpacium unius menſis, in tali caſu de predicto Ottone Dominus Abbas coram iudice, qui tunc fuerit in Oetinga, iuſtitiam poſtulabit, quam ſibi predictus Otto coram ipſo ſine contradictione qualibet exhibebit. Item obſervabit & rata tenebit omnia iura, promiſſiones & laudamenta hactenus dicte Eccleſie facta, de quorum veritate per litteras vel teſtes coram nobis, vel a nobis iudice deputato per iuſtitiam poterit inſtrui & doceri. Dominus etiam Chunradus Abbas de voluntate ſui conventus remiſit omnia damna, & gravamina per dictum Ottonem illata ſue Eccleſie ſub hoc pacto, ut ſi, quod abſit, in aliquo fidelis noſter Otto contra premiſſa veniat, ex tunc teneatur ad damna & ſententias pro quibus ipſa vice fuerat excommunicationis ſententia involutus. Et ut de approbatione & conſenſu partium plenius conſtet, ſigillum utriusque partis apponi placuit, inſtrumento preſenti, noſtri nihilominus ſigilli munimine roborato, & etiam ſigillo *predicti* prepoſiti in ipſa cauſa coarbitri noſtri literas preſentes *placuit*

ob

ob maioris teſtimonii evidentiam inſigniri. Teſtes etiam ſunt: *Magiſter P. Plebanus in Landshout, Chunr. & Winter. Notarii Dominus Oulricus de Abenſperch, Ortlib de Walde, Frid. de Prun. Marquardus de Schouvenhuſen*, & alii quam plures. Actum & Datum in Burckhuſa anno Domini 1275. tertio Kal. May.

Num. XVII. Acceptatio laudi precedentis. An. 1287.

Nos *Chuno & Otto de Walde* Germani filii Domini *Ottonis* de Walde pie memorie, tenort preſentium profitemur, quod cum aliquis ſcrupulus litis, inter Dominum Chunradum venerabilem Abbatem de Raitenhaslach Eccleſiamque ſuam ex parte una, & nos ex parte altera verteretur ſuper arbitrio per Excellentiſſimum Dominum noſtrum Hainricum Ducem Bavarie, nec non pie memorie Dominum Hainricum venerabilem tunc prepoſitum Oetingenſem, per litteras quondam confecto, inter prefatam Eccleſiam & antedictum Patrem noſtrum Dominum Ottonem ſuper iniuriis & diſſipacione emunitatum, & privilegiorum ſuorum, cuius arbitrii tenor talis eſt. Nos Hainricus, Dei gratia, Palatinus Comes Reni, Dux Bavarie &c. Nos itaque *Chouno & Otto de Walde*, reſpicientes, quod dilectiſſimus Pater noſter felicis memorie Otto quondam de Walde, iudicia minus debita contra iura & libertates Eccleſie de Raitenhaslach ſibi uſurpaverat in prediis & hominibus Eccleſie memorate, in remedium anime ipſius & ſalutem propriam, predictum arbitrium incliti Domini H. Ducis Bavarie, nec non Domini H. bone memorie prepoſiti Oetingenſis inviolabiliter volumus obſervare in poſſeſſionibus & hominibus tam acquiſitis quam in perpetuum acquirendis, obligantes nos in perpetuum ad univerſa & ſingula, pro nobis & heredibus noſtris, que pro libertatibus & emunitatibus & iuribus in predicto privilegio ſepe fate Eccleſie ſunt expreſſa. Pro hac autem formula confirmationis, & perpetua rei memoria accepimus pro

 beneficio

beneficio a ſepefato Domino Ch. Abbate & ſua Eccleſia octo libras monete Salzburgenſis. In cuius rei teſtimonium dicte Eccleſie in Raitenhaslach preſentem litteram tradidimus, ſigillorum noſtrorum ac etiam Domini *Ottonis de Ror* munimine roboratas. Huius rei teſtes ſunt: *Fratres Wernhardus Cuſtos*, *Bertholdus Cellerarius*, *Frater Bozanus*, *Oulricus Plebanus in Schuphingen*, *Dominus H. de Eiſenpouch*, *Wernhardus antiquus iudex Oetingenſis*, & *Geringus Frater ipſius operator in Oetinga*, *Bertholdus de Grund*, *Otto de Uberacker*, *Ludwicus Schwantnar*, *Oulricus & Otto de Pahaim*, *H. de Houb*, *H. Vitulus Gener ipſius*, *Fridericus Chriſpilſteter*, *Ditmarus Hegler*, *Oulricus coqus Domini Abbatis*, *Schrallinger*, *Otto dictus Koehel*, *Otto de Aichelſperch*, *Otto Walther*, *Ludwicus de Schelich*, & alii quam plures. Actum & datum in Raitenhaſelach, anno Domini MCCLXXX. ſeptimo, in die Sancti Iohannis, ante portam latinam. Placuit etiam nobis preſentem litteram ſigillo Domini Abbatis de Raitenhaslach ob maioris teſtimonii evidentiam inſigniri.

Num. XVIII. Confirmatio immunitatis Boicæ. Anno 1313.

Ludwicus Dei gracia, Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, Tutor patruorum ſuorum kariſſimorum *Heinrici*, *Ottonis* & *Heinrici* Ducum Bawarie illuſtrium, univerſis ſuis ac patruorum ſuorum predictorum nobilibus, iudicibus, officiatis ceteriſque ſervitoribus quibuscunque graciam ſuam & omne bonum. Cupientes per ampliora promocionis ſubſidia Chriſti miniſtris oblata, ordines eccleſiaſticos noſtris temporibus ſublevare, omnes gracias, libertates & privilegia monaſterio in Raytenhaslach, Abbati & Conventui ibidem per patruos noſtros kariſſimos felicis recordacionis, *Ottonem* inclitum Regem Ungarie, Comitem Palatinum Reni, Ducum Bawarie, Stephanum fratrem eius, ac progenitores

res eorumdem conceſſa hactenus quomodolibet & indulta, nomine tutorio confirmamus, & auctoritate preſentium approbamus. Vobis univerſis ac ſingulis mandantes firmiter & diſtricte, ne predictum monaſterium, Abbatem & Conventum in ipſorum bonis & hominibus contra predictas libertates, privilegia & gracias, turbare aut moleſtare in aliquo preſumatis, eisdem aliquas iniurias, gravamina ſeu moleſtias contra iuſticiam irrogando; ſed pocius conceſſas ipſis gracias, privilegia & libertates, quas inviolabiliter volumus & precipimus obſervari, diligentius attendentes, ipſos & quelibet ipſorum bona & homines a quorumlibet inſultibus ſtudeatis defendere pro viribus & tueri; ſingulare nobis in hoc obſequium exhibendo. Datum in Praunowe, anno Domini milleſimo trecenteſimo tercio decimo, proxima die Dominica poſt diem ſancti Nicolai.

Num. XIX. Privilegium juris dicundi. An. 1318.

Wir *Heinrich*, *Ott und Henrich* von Gottes Genaden, Pfallntzgrafen ze Reyn, Herzogen in Baiern. Vergehen, und tuon chunt allen den, die diſen Brief ſehennt oder hörent leſen, daz wir ze engagen alles unſers Rates geſehen haben chuntleich, und geleſen, unſer Herzen lieben Vater und Vetern Chuonig *Otten*, Herzog *Stephans* und Herzog *Ludweigs*, den Got Genade, Brief,, an dem ſi habent erchant und beſtatigt, dem Gotshaus ze Raitenhaslach, alle die Genade, und die Vreutuom und den Recht, den der Stuol von Rom, und die Chaiſer und die Chuonig.: und unſer Vorvodern, dem Orden von Cytel, und dem vorgenanten Gotshaus ze Raitenhaslach habent gegeben, und haben verboten an demſelben Brief, allen iren Amptleuten, und iren Richtern und Schergen, daz ſi daz vorgenant Gotshaus, und alle ſeine Leut und Guot nicht ſuolen noch getuerren beſwern, noch laidigen mit Herbergen, mit Fuetern, noch mit dhainem

Dwanhſal,

Dwanhſal, noch auch die Richter ſueln nicht twingen des egenanten Gotshauſs ze Raitenhaslach und des Convents daſelben, Leut auf dhain Taydinch umb dehain Sache, noch umb dehain Recht, wan ſi ſelbe daz Urlaub habent und den Gewalt, daz ſi alle die Sache hoeren, die ir Leut angent, und ſo ſi die gehoerent, daz ſi dieſelben Sache mit vollem Gewalt muegen und ſueln richten. An als vil ob dehain des Gotshauſs man, wurd begriffen mit ſo getanen Sachen, daz man mit dem Tode ueber ſein Lelen ſold richten. Wan gaiſtlich Orden ſogetan Gerichte nicht tuerren getuon, ſo ſoll der Richter denſelben Man nemen allein, als er mit der Guertel iſt begriffen, und ſol alles daz Guot, daz der Man hat, varent und unvarent, dem Gotshaus beleiben. Und wan wir unſer herzenlieben Vater und Vetern ſeiligen Brief geſehen habent, und die *Andacht* bechant, die ſi gen Got, gen unſer Frawen, und *gen dem Gotshaus* zu Raitenhaslach habent gehabt, die wollen wir nicht minnern, ſunder wir wellen ſi mit ganzem Willen und beſundern Genaden meren und volſueren. Davon gebieten wir allen unſern Amptleuten, Vitztuemen, Richtern und Schergen, ſwie ſi genant ſint, die ietzue unſer Amptleut ſint, oder furbaz werdent, daz ſi alle dez Gotshaus Leut von Raitenhaslach, ſwa ez ſi hat in allen unſerm Lannde nicht getuerren noch ſueln beſcheren, noch laidigen, mit Herbergen, noch mit Fuetern, noch mit dehainer Voderung. Twanchſal, noch Suechung, chlain noch gros. Swelcher Richter oder Scherig daz ueberget, ſo ſol der Richter uns geben ze Puozze zehen Pfunt Pfening, der Scherig funfev, und ſol dem Gotshaus ſeinen Schaden abthuon. Wir gebieten auch allen unſern Richtern, Schergen und Amptleuten, ſwie ſi ſint genant in allem unſerm Lande, daz ſi dehainen des Gotshauſs Man nicht bedwingen, noch gebieten ze chomen, auf dehain ehaft Taydinch, noch auf dehain *beſunder*

Taydinch, wan von altem Recht, und von unſern beſundern Genaden und Gab, ſi den Gewalt habent, und ſueln haben, daz ſi alle die Sache ſueln hoeren, die ir Leut angent, ſwa ſi die habent in unſern Gerichten ze Piburch, bei der Rot, ze Weilhart ze Oeting, ze Mermos, ze Walde, ze Traunſtain und in dem Grazzawertal, und ſwa ſi anndersſwa in allem unſerm Land, Leut oder Guot habent, und ſo ſi die verhoerent, ſo ſuoln ſi mit vollem Gewalt richten. Swelich Richter oder Schetig der Sache dehainen ubervert, oder zebrichet, als dikche er daz tuot, ſo ſoll uns der Richter zehen Pfunt geben, und der Scherig funſen, und dem Gotshaus ſeinen Schaden abtuon. Geſchæch aber, daz daz des Gotshauſs man ſogetan Mizzetat tuet, darumb man richten ſold uber ſein Leben mit dem Tode, ſo ſol der Richter denſelben Man nemen, als er mit der Guertl gevangen iſt, und alles das Guot, daz er hat varent, und unvarent, daz ſol dem Gotshaus beleiben. Nem aber der Richter Guot fuer ſeinen Tot, des ſol der Richter des Gotshaus geſchol ſein, ſam er es genomen hiet auz einem Bruederhof. Ueber die Sache alle, erbieten wir allen den Vorſprechen und Taydingern, die in unſerm Lande ſint, bei dem Ayd und fuemf Pfunden, daz ſi immer icht gedaidingen oder ertailen wider allen den Vreitum, und wider den Recht, den wir dem Gotshaus ze Raitenhaslach erchant haben, als oben iſt verſchriben, und Im geveſtent haben, mit unſern Briefen: auch binden wir uns darzue, und geloben bei unſern Genaden, daz wir alle unſer Richter und Schergen darzue betwingen mit den Wandeln, deu vorbenant ſint, daz ſi behalten dem Gotshaus von Raitenhaslach allen den Recht und Vreituem, und die Genad, die wir Im haben bechant, als oben iſt verſchriben, und den auch wir Im, und unſerm getrewen Abt Illſung und ſeiner Sammung haben gegaben. Iſt auch daz man des Gotshauſs Man einem anſpri-

chet umb Aigen und umb Lehen, und daz dazſelbe Aigen und Lehen des Mannes iſt, den man darumb anſprichet, und nicht des Gotshaus, der ſol daz Recht vor unſerm Richter tuon, und nicht vor dem Abt: An die Leut, die des Gotshauſs inwertz aigen habent, daz ſol der Abt der danne iſt ſelbe richten, wan dieſelben Leut baidenhalben des Gotshauſs ſint. Ez enſol auch dehain unſer Richter nicht richten von des vorgenanten Gotshaus aigen. Und daz Im daz alles ſtet, ganz und unbechrenchet beleibe ewiglich, geben wir den obgenanten Gotshaus ze Raitenhaslach, zu einen waren Urchuend diſen Hantveſt, verſigelt mit unſern Inſigeln, daz iſt geſchen ze Lantshuot. Da von Chriſtes Gepurt waren tauſent Iar, dreuhundert Iar, darnach in dem achtzehenten Iar an dem ſand Thomas Tag.

Num. XX. Immunitas a comecia *Cudlarn.* Anno 1318.

Quoniam generacio preterit, & generacio advenit; ne perverſe generacionis temeritas beneficia electe generacionis obnubitet & ſubvertat, neceſſarium eſt, ea que ad Poſterorum noticiam volumus pervenire, ſcripto & adnotacione Teſtium perhennari. Nos igitur *Heinricus*, *Otto & Heinricus* Dei gratia Palatini Comites Reni, Duces Bawarie, preſentibus profitemur, quod kariſſimi Proavi noſtri Domini *Ottonis* dive memorie quondam illuſtris Ducis Bawarie, litteras ſalvas & integras omnimodis preſentibus noſtris conſulibus & fidelibus vidimus, & legi audivimus in hec verba: in nomine ſancte & individue Trinitatis, *Otto* Dei gratia Comes Reni, Dux Bawarie, univerſis huius pagine inſpectoribus ſignificandum duximus, quod cum venerabilis Abbas & quidam fratres Conventus Eccleſie *Cyſtercienſis ordinis* in Raitenhaſela eo tempore, quo Avunculus noſter illuſtris *Chounradus Comes de Wazzerburch* terre noſtre Vicedominatus cu-

ram

ram tenuit a nobis, nomine Ecclesie ſue, coram nobis querelando, deponerent, quod *Otto* & frater ſuus *Ortlibus de Walde*, in bonis & prediis eorum que ſunt ſita circa Cydelarn, contra ius & libertatem Ecclesie ſue, ipſis graves exiſterent & ſervicia minus debita a Colonis & hominibus eorum exigerent; dum tamen ipſis, pro effuſione ſanguinis & pro delicio furti ſolum, talis ſatisfactio deberetur, quod reus tantum cum hiis que cingulum cuiuslibet capit, eis deberet aſſignare, & ultra nil iuris haberet in bonis eorum. Probatis hiis que propoſita fuerant legitime & ſufficienter, pro Ecclesia ſentencia lata eſt ſuper predictis. Unde quia tale ius unius fratris, videlicet *Ottonis*, noſtre ceſſit poſſeſſioni & uſui, dicte Ecclesie plene recognoſcimus ius coram nobis evictum & a nobis confirmatum. In teſtimonium autem huius facti, ne oblivio noverca memorie poſſit tollere, vel iniqua mens hominum in irritum ducere, preſentes litteras cum ſubſcriptis teſtibus & noſtri ſigilli appoſicione decrevimus roborare: illuſtribus Comite *Chounrado de Wazzerburch*, *Chounrado Comite de Mosburch*, teſtibus dilecto noſtro *Friderico prepoſito de Oeting*, *Goetfrido Capellano*, *Alhardo de Preiſing*, *Magerſone Iudice*. *Eberhardo cognomento Smerbakh*, *Oulrico Clavigero de Oeting*. Acta ſunt autem hec, anno Domini MCCXL. in caſtro Purchuſen. Cupientes itaque, more atque exemplo eiusdem noſtri Proavi & parentum noſtrorum ardencius diligencium & proſequencium, monaſterium ſepe dictum non paucioribus immo amplioribus beneficiorum promocionibus & quibuslibet defenſionibus gracioſis ex affectu pleniſſimo diligere ac fovere, promiſſas libertates, gracias & iuſticias eiusdem monaſterii pleniter cognoſcentes, de conſilio & aſſenſu tocius noſtri conſilii, ratas & gratas habemus & preſentibus confirmamus, precipiendo firmiter & preciſe, ſub obtentu noſtre graice & favoris, fidelibus noſtris nec non iudicibus & officialibus univerſis, ne quisquam ipſius monaſterii bona

vel homines contra formam prehabitam audeat moleſtare aut quomodolibet occupare. Dantes ſepedicto monaſterio Raitenhaslach, in teſtimonium huius rei, preſentes litteras ſigillorum noſtrorum conſignatas, caracteribus, cum teſtibus ſubnotatis, qui ſunt: *Alramus Comes de Hals*, *Syfridus de Pouchperch Magiſter curie noſtre*, *Ekkolfus de Wartt*, *Heinricus de Preiſing*, *Hartpertus de Ahaim*, *Wernhardus Granſo*, *Albertus de Neunchirchen Vicedominus apud Rotam*, *Heinricus Ramſperge Vicedominus in Strubinga*, *Albero Rouſtorffer*, *Fridericus Notarius noſter*, & alii quam plures de noſtro conſilio. Datum in Landshouta, anno Domini milleſimo trecenteſimo octavo decimo, in die ſancti Thome Apoſtoli.

Num. XXI. Comecia de Walde. An. 1318.

Wir Heinrich und Ott von Gotes Genaden Pfallentzgrafen ze Reyn, Herzogen in Baiern, vergehen *offenbar* an diſem Brief. Wan *Ludweich der Jung* Grans, nach unſerm Willen und Gebot dem Gotshaus ze Raitenhaslach hat bechant deu Recht, deu ez hintz ſeinen Leuten und Gueten hat, in dem Gerichte ze Walde, daz er von ſeinem Vater, unſerm getreuen Ludweichen, dem alten Grans, ze Pfantſcheft inne hat; gehaizzen wir im und vergehen auch, ſwan wir oder unſer Erben dazſelbe Gerichte ze Walde loeſen wellen vom Im, von ſeinem Vater, oder von ſeinen Prüedern, ſwelcher ez inne hat, daz im deu Beſcheidenheit, deu er gen dem Chloſter ze Raitenhaslach nach unſerm Willen hat getan, als oben icht verſchriben an der Loſung des obgenanten Gerichtes, dehain Schade ſol ſein, noch an dehainen ſeinen Hantveſten, ſeins Vater, oder ſeiner Prueder, die ſie ueber daz Gerichte habent, mit ichten engelten. Und ze Urkund geben wir im diſen Brieff verſigelten mit unſerm Inſigel, der iſt geben ze Lantshuot MCCCXVIII. an ſand Erhartes Tag.

Num.

Num. XXII. Immunitas Patavienſis. An. 1332.

Albertus Dei gratia Pataviensis Epiſcopus, univerſis preſentia viſuris ſeu etiam audituris ſalutem & notitiam ſubſcriptorum. Vota iuſte ſupplicantium digna congruit annuentia admittere; preſertim cum Religioſorum locorum & perſonarum inibi Deo, ſub regulari obſervantia, famulantium includunt commodum, & alia etiam pietatis opera comprehendunt. Sane venerabilis frater - - Abbas Monaſterii in Ratenhaslach, ordinis Ciſtercienſis, Saltzburgenſis Dioceſis, in preſentia noſtra conſtitutus, quasdam litteras ſub quondam reverendi Patris predeceſſoris noſtri Domini Ottonis olim Pataviensis Epiſcopi & Capituli noſtri ſigillis pendentibus nobis exhibuit, ſui & Conventus ſui nomine petens humiliter & devote, ut eas gratanter approbare & ſub noſtro ſigillo innovare dignaremur. Quatum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum erat talis: vid. ſupra. Verum que in litteris huiusmodi contenta per prenominatos predeceſſores noſtros, de conſenſu prelibati Capituli noſtri, pro ſalute & remedio animarum ſuarum & ſuorum ſucceſſorum generoſe cognovimus indulta ſeu conceſſa. Nos ante dictorum - - Abbatis & Conventus iuſtis ſupplicationibus benigna exauditione occurrentes, quod in hac parte per eosdem ſucceſſores & Capitulum noſtros provide factum eſt, ex certa ſciencia approbantes, litteras prenotas & gratiam ſeu donationem in eis factas preſenti noſtri ſigilli appenſione duximus innovandas. Actum & datum Patavie, Anno Domini milleſimo CCC. triceſimo ſecundo, in die ſancte Scolaſtice Virginis.

Num. XXIII. Protectorium Boicum. An. 1332.

Wir Heinrich der elter von Gots Genaden Pfallentzgraff ze Reyn und Herzog in Baiern. Enbieten unſern Viztum, Richtern, allen unſern Ampleuten, allen unſern Edelnleuten,

und gemainlich allen den, di' in unſerm Lande geſezzen ſind unſer Huld und alles Guot, und lazzen euch wizzen, daz wir dem erſamen Abtt von Raytenhaslach di Gnad haben getan, daz wir In ſein Gotshaus, ſein Leut und Guot, ſwa er daz hat uberal in unſerm Lande, oder auſſerhalben unſers Landes in unſerm beſondern Scherm und Gnad genomen haben, und haben In ſein Leut, und ſein Guot, ietzu den Chrieg auzz und auzz, fur uns und fur die unſern verſichert, und dauon wellen wir, und gebieten eu allen veſtiglichen, bei unſerm Hulden, daz ir denſelben Abtt, ſein Leut und ſein Guot mit nichten irret, enget, noch beſwert, mit dhainen Sachen, und beſchirmt In von unſern wegen, an ſeinen Leuten und Guoten, ſwa er daz hab, und laſt in ſeinen From damit ſchaffen, als ir unſer groz ſwer Ungenade wellet vermeiden. Und daruber ze einem Urchunde geben wir im den Brief verſigelten mit unſerm Inſigel. Der iſt geben ze Lantshuot MCCC. triceſimo ſecundo des Mitichen nach ſand Iacobstag.

Num. XXIV. Immunitas Boica. An. 1345.

Wir Ludowig von Gotes Genaden roemiſcher Keiſer ze allen Zeiten Merer des Reiches, enbieten unſern Mautnern ze Burchauſen und ze Schardingen, die ietzo ſind, oder furbaz werdent, unſer Hulde und alles Guot. Wir wellen und gebieten iew veſticleichen bei unſern Hulden, daz ir die gaiſtlichen Leute den Abbt und den Covent des Gotzhus ze Raitenhaslach an den Freyungen, die ſi auf dem Inn und auf der Saltzach hinawe und wider Wazzers habent, nicht hindert, noch irret, und dheinerlay Vorderungen noch Maute, von In noch von irn Guotem vordert, oder nemet, und ſi auch bei der Freyheit und Gnade beleiben lazzet, nach der Brief Sag, die ſi von uns und unſern Vorvaren daruber habent, des wellen wir mit nichtin enberen, geben ze Munchen an Eritag nach der Oſterwochen, in

in dem ainen und dreizzigiſten Iar unſers Reichs, und in dem achtzehenden des Keyſertums.

Num. XXV. Protectorium Boicum. An. 1373.

Wir Fridrich von Gotz Genaden Pfallentzgraff by Rein, und Herzog in Beyrn &c. Bekennen offentlich mit dem Brief, daz vor uns geweſen iſt unſer lieber Diemutiger, der Abbt und Gemaint aller Conuent unſers Chloſters zu Raytenhaslach, und habent uns furtragen und clagt mangerlay grozzen Preſten, der In, irem Gozhaus ze diſen Zeiten anligend ſey in mangerley Weiz, und daz In und irem Gotzhaus zu kumftigen verderblichen Schaden ziehe, und das mainen wir mit unſerm Genaden underkomen, und haben uns dez egenanten Abbz und Gemaint, allez Connenz des egenanten Gotzhaus zu Raytenhaslach underwunden, durch Goz Willen zuvoderiſt, und durch Hail aller unſer Voruodern, und unſer Selhail willen, mit allen Sachen zu füdern, und wider ze bringeu, und haben ſi und daz Gozhaus in unſern beſundern Genad und Schirm genomen, und auch nemen mit Craft diz Briefs, alſo daſs wir dez egenanten Abbz dez Convents und dez vorgenanten Gozhaus obriſter Pfleger ſein wullen, und daz wir nicht mainen, daz den vorgenanten Abbt und daz Gotzhaus ymant icht laydig noch beſwer weder an Ir Leut, noch an ir Güt, in dhain Weiz wider Recht, und darumb ſo gebieten wir allen unſern Amptleuten, Viztumben, Pflegern, Richtern, Chaſtnern, Schergen, und allen andern, wie die genant ſind, und die wir auch jizo haben, oder furbaz gewinnen in unſern Landen zu Beyrn veſtichlich und ernſtlich bei unſern Hulden und Genaden, daz ſi den vorgenanten Abbt, den Conuent, und daz vorgenant Gozhaus durch unſer Furderung willen ze allen Zeiten, und inn allen Sachen füdern, ſchirmen, und In vor ſein, und auch von unſern wegen nicht geſtatten, daz ſi,

ir

ir Leut noch ir Gůt und ir Gozhaus an den vorgenanten unſern Genaden wider Recht, noch wider gut Gwonhait, die ſi und ir Gozhaus von Alter her pracht habent, und dez ſi auch Gůtbrief und Urchund habent von unſern Vodern ſaligen, von unſern lieben Herrn und Vatern, und von uns in dhain Weiz bekrenchen noch uberuarn mit nichtew, und auch ſelben ze allen Zeiten halten und nicht überuarn im dhainen Sachen, und alz oben geſchriben ſtet, dann daz mainen wir mit ganzem Ernſt, und iſt auch unſer Wille und Wort, und welchie aber der obgenant unſer Ampleut alz oben geſchriben ſtet, die obgenant unſer Genad an dem obgenanten Abbt, an dem Conuent, und an dem egenanten Gozhaus, oder an ir Leut und Gut uberfur, der oder dieſelben ſullen daz wizzen daz die daran gar grozlichen tůnd wider unſer Genad und Hulden, mit Urchund diz Briefs *in geben* zu Burchauſen in nächſten Montag nach dem *Liechtmezztag* mit unſerm anhangenden Inſigel, anno Domini MCCCLXXIII.

Num. XXVI. Incorporatio Eccleſiæ Parochialis in Burghauſen. An. 1400.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei Memoriam! Paſtoralis officii debitum, quo ſumus univerſis Eccleſiis & Monaſteriis obligati; aſſidue nos compellit, ut circa eorum & perſonarum ipſorum potiſſime divinis laudibus inſiſtencium ſtatum proſperum dirigendum ac utiliter & feliciter adaugendum, paternis ſtudiis intendamus, conſulendo perſonarum ipſarum neceſſitatibus & utilitatibus providendo. Sane pro parte dilectorum filiorum - - Abbatis & Conventus Monaſterii in Raitenhaslach, ordinis Ciſtercienſis, Saltzeburgenſis Dioceſis, *nobis* nuper exhibita petitio continebat, quod ipſi de facultatibus *dicti Monaſterii* expenſa & onera eis pro tempore incumbentia iuxta ſtatum eis condecenter non valeant commode ſupportare. Quare pro par-

parte dictorum Abbatis & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut parochialem Eccleſiam in Purchuſa dicte dioceſis, ad collacionem venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi Saltzburgenſis pertinentem, cuius decem & octo & dicti Monaſterii, cuius trecentarum Marcharum Argenti puri, fructus, reddictus & proventus, ſecundum communem exiſtimacionem, valorem annuum, ut ipſi Abbas & conventus aſſerunt, non excedunt, in perpetuum unire, annectere & incorporare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur volentes eisdem Abbati & Conventui, pro huiusmodi expenſis & oneribus facilius ſupportandis, de alicuius ſubvencionis auxilio providere, parrochialem Eccleſiam predictam cum omnibus iuribus & pertinenciis ſuis, eisdem Abbati & Conventui, in relevamen expenſarum & onerum predictorum, auctoritate Apoſtolica, tenore preſentium, annectimus, unimus & incorporamus, ita quod cedente vel decedente Rectore Parochialis qui nunc eſt, vel Eccleſiam ipſam alias quomodolibet dimittente, liceat eisdem Abbati pro tempore exiſtenti & Conventui corporalem poſſeſſionem dicte Parochialis Eccleſie, iurium & pertinentiarum predictorum, propria auctoritate apprehendere ac perpetuo retinere, nec non huiusmodi fructus, redditus & proventus dicte parochialis Eccleſie in ipſius & dicti Monaſterii uſus convertere, & eam per Presbyterum idoneum ſecularem vel regularem, ad nutum Abbatis pro tempore exiſtentis & Monaſterii predictorum, ponendum & amovendum, qui curam animarum dilectorum filiorum Parrochianorum dicte Parrochialis Eccleſie regat & inibi deſerviat laudabiliter in divinis, dioceſani loci aut alicuius alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuscumque non obſtantibus: aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolice ſedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam ſi

per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos vel habendos per eaſdem & quecumque inde ſecuta ad prefatam Parochialem Eccleſiam nolumus non extendi; ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, & quibuslibet litteris, privilegiis, indulgenciis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, ac de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mencio ſpecialis. Volumus autem quod animarum cura in dicta Parrochiali Eccleſia diligenter exereeatur & ſervetur in ea pro tempore laudabiliter in divinis, quodque Abbas pro tempore exiſtens Epiſcopalia iura ſolvere, & alia onera conſueta *dicte* Parochialis Eccleſie teneatur pro tempore integre *ſupportare*; & inſuper ex nunc irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre unionis, annexionis, incorporacionis, conſtitutionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptaare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum, VIII. Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno undecimo.

Num. XXVII. Incorporatio Parochiæ Bergkirchen. Anno 1401.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Paſtoralis officii debitum, quo ſumus univerſis Eccleſiis & monaſteriis obligati, aſſidue nos compellit, ut *circa* eorum & Prelatorum & perſonarum eorumdem ſtatum *proſperum* dirigendum utiliter & feliciter adaugendum paternis ſtudiis intenda-

damus, conſulendo Prelatorum & perſonarum ipſorum neceſſitatibus & oportunitatibus providendo. Sane pro parte dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii in Raitenhaslach ordinis Ciſtercienſis, Salzburgenſis Dioceſis, quod quondam venerabilis frater noſter *Eberhardus* Archiepiſcopus Salzburgenſis, de conſilio & aſſenſu dilectorum filiorum tunc Prepoſiti, Decani & capituli Eccleſie Salzburgenſis, parochialem Eccleſiam in Perchirchen dicte Dioceſis, que ad collationem Archiepiſcopi Salzburgenſis pro tempore exiſtentis pertinebat, Abbati & Conventui predictis & eorum menſe, ex certis cauſis, donavit, & quantum in eo fuit auctoritate ordinaria, perpetuo univit, annexit & incorporavit, ita quod cedente vel decedente rectore dicte parochialis Eccleſie, qui tunc erat, vel Eccleſiam ipſam quomodolibet alias dimittente, liceret eisdem Abbati & Conventui ipſam parochialem Eccleſiam apprehendere & perpetuo retinere: ipſique Abbas & Conventus donacionem, unionem, annexionem & incorporacionem huiusmodi obtinuerunt a bone memorie Gregorio dicti *Eberhardi* Archiepiſcopi ſucceſſore eisdem cauſa & auctoritate confirmare; ipſamque parochialem Eccleſiam vigore donacionis, unionis, incorporacionis, annexionis, nec non confirmacionis predictorum aſſecuti illam ex tunc aliquamdiu tenuerant & poſſederant, ac tenent & poſſident pacifice & quiete. Cum autem ſicut eadem peticio ſubiungebat, iidem Abbas & Conventus dubitent, donacionem, unionem, annexionem, incorporacionem, confirmacionem & aſſecutionem predictas ex certis cauſis, iuribus, non ſubſiſtere, pro parte Abbatis & Conventus predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut donacionem, incorporacionem, unionem, annexionem, confirmationem & aſſecutionem predictas, auctoritate apoſtolica confirmare, & omnem defectum, ſi quis forſan in eis intervenit, ſupplere, nec non parochialem Eccleſiam predictam, cuius duodecim; eisdem Abbati & Conventui ac menſe, cuius trecentarum

 mar-

marcharum argenti puri fructus, redditus & proventus ſecundum communem exſtimacionem valorem annuum, ut ipſi Abbas & Conventus aſſerunt, non excedunt, de novo in perpetuum unire, annectere & incorporare de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur tenorem donacionis, unionis, annexionis, incorporacionis ac confirmacionis predictarum, ex certa ſciencia habentes preſentibus pro expreſſo, & nihilominus parochialem Eccleſiam predictam eisdem Abbati & Conventui ac menſe de novo in perpetuum unimus, annectimus & incorporamus: ita, quod cedente vel decedente rectore dicte Eccleſie, vel Eccleſiam ipſam dimittente quomodolibet, liceat eisdem Abbati & Conventui corporalem poſſeſſionem predicte Eccleſie propria auctoritate apprehendere & perpetuo retinere, eamque per aliquem ex Monachis ipſius Monaſterii in Raitenhaslach vel alium idoneum *Presbyterum*, ad nutum Abbatis & Conventus ipſius Monaſterii *pro tempore* exiſtentis ponendum & amovendum, regi & gubernari facere, libere & licite poſſint, dioceſani loci aut alicuius alterius licentia ſeu conſenſu ſuper hoc minime requiſitis. Non obſtantibus tam felicis recordacionis Bonifacii Pape VIII. predeceſſoris noſtri, quam aliis conſtitucionibus apoſtolicis contrariis quibuscumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales apoſtolice ſedis vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibicionem, reſervacionem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per easdem & quecunque inde ſecuta ad prefatam parochialem Eccleſiam volumus non extendi, & quibuslibet privilegiis, indulgenciis & litteris apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit

in

in noſtris litteris mencio ſpecialis: volumus autem, quod ſolitus miniſtrorum numerus in dicta parochiali Eccleſia nullatenus minuatur, & animarum cura diligenter exerceatur, & deſerviatur inibi laudabiliter in divinis; quodque Abbas & Conventus predicti, racione eiusdem parrochialis Eccleſie teneantur pro tempore epiſcopalia iura ſolvere, & alia ei incumbentia onera ſupportare. Et inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre unionis, annexionis, incorporacionis, confirmacionis, voluntatis & conſtitucionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome, apud ſanctum Petrum XVI. Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno duodecim.

Num. XXVIII. Immunitas a decimis Pataviens. Anno 1415.

Georius, Dei & apoſtolice ſedis gracia, Epiſcopus Patavienſis ad perpetuam rei memoriam. Ad ea que commodum & quietem contemplativorum & religioſorum virorum adſpiciunt, ut omnipotenti Deo ſervire, ipſiusque cultum liberius poſſint peragere, paterna ſolicitudine intenti, volumus nunc & in antea, ſub ſpe remuneracionis eterne, convertere & dirigere oculos mentis noſtre. Cum igitur inter collectores decimarum noſtrarum circa Chrems & Aach, ex una, & religioſos nobis dilectos Abbatem & Conventum Monaſterii in Raitenhaslach, ordinis Ciſtercienſis, Salzburgenſis Diocefis, parte ex altera, gravis fuiſſet exorta materia queſtionis. Nam iidem decimatores noſtri decimas de ipſorum vineis & agris etiam repetebant, & habere volebant, cum aliquas ex illis non colerent propriis ſumptibus, ſed ipſas

aliis locarent perſonis, & per ſe contra omnem iuris diſpoſicionem in detrimentum noſtrum & Eccleſie noſtre, reciperent decimas de eisdem: & referebant ſe iidem decimatores noſtri ad determinacionem Magiſtrorum univerſitatis Vienenſis, vel alterius cuiuscumque univerſitatis, ne dicti religioſi valeant aliquam iniuriam allegare: contra vero dicti religioſi privilegia dicti ordinis alegabant, ex quorum tenore aſſerebant ſe ad ſolucionem harum decimarum nullatenus obligari, quodque a longis temporibus tam apud predeceſſores noſtros, quam diebus noſtri regiminis huiusmodi decimas non ſolviſſent. Ad quod decimatores noſtri replicabant, quod vellent eſſe docti & certificati, quos agros vel vineas tempore Lateranenſis conciliis poſſediſſent; quod dictis religioſis nimis grave fuiſſet; & obinde venerabilis & dilectus noſter in Chriſto Iohannes Abbas eiusdem Monaſterii cum *quibusdam* fratribus, noſtram preſenciam, cum litteris *ſupplicatoriis illuſtris* Principis Domini noſtri, Domini *Hainrici* Palatini Reni & Bawarie Ducis, adiit & acceſſit, humiliter deprecando, ut ipſis in hac parte gracioſe conſulere & benefacere dignaremur. Nos vero more pii patris, ipſorum afflictioni providere volentes, attentis affectionibus, quibus ad ſupradictum Abbatem & monaſterium movemur, quodque venerabile capitulum noſtrum Patavienſe ibidem habet perpetuum anniverſarium cum vigiliis & miſſis pro ipſius ſalute & conſolatione omnium fidelium defunctorum; ipſos Abbatem & fratres, qui pro tempore fuerint a ſolucione decimarum in infraſcriptis vineis & agris decernimus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris in antea ex papali gracia liberos & exemptos: exceptis tamen vineis quas etiam inferius anotari fecimus, & de quibus hucusque ſine contradictione decimas perſolverunt. Quapropter omnibus & ſingulis officialibus noſtris ac collectoribus decimarum noſtrarum predictarum, qui pro tempore fuerint, ſeriose comittimus & mandamus, ut dictos Abbatem & fratres hu-

ius-

iusmodi noſtre exemptionis gracia gaudére permittant, nec ipſis occaſione predictarum aliquid impedimentum vel moleſtiam inferant ſeu iacturam. Si vero dicti Abbas & fratres ex donacione fidelium, ex emptione pecuniaria, vel quavis alia licita commutacione, aliquas vineas in ipſorum vel monaſterii ſui proprietatem reducerent, de quibus nobis & Eccleſie noſtre ſolvuntur decime de preſenti: vel ſi ipſi aliquas ex predictis decimis vel agris venderent presbiteris ſive laicis; declaramus & volumus, quod ad illas dicta noſtre exemptionis gracia nullatenus extendatur, ſed nos vel ſucceſſores noſtri poſſumus exigere & recipere, ſine omni contradictione decimas ab eisdem. Et ut in futurum de premiſſis haberi valeat certitudo, idcirco vineas & agros, quas & quos in ſolutione decimarum exemimus, duximus propriis vocabulis, unacum eorum ſitu ſpecifice exprimendum, ac etiam exprimendos. Primo in Langtailant vinearum iugera ſex; item ibidem agrorum iugera novem; item an der Leyten vinearum iugera duo cum dimidio; item am Pinkſtal vinearum iugera tria; item ibidem vinearum iugera tria cum dimidio; item unam Pewntam de tribus iugeribus prope curiam ipſorum; item Krongrueb iugum unum; item an dem Franchaw agrorum iugera quatuor; item vor dem Holtz agrorum iugera quatuor; item an dem Weintzurlberg vinearum iugera duo cum dimidio; item am Gebling iugerum unum cum dimidio; item vinearum in Rakendorff iugera quinque. Nomina vero vinearum de quibus hucusque decimas ſolverunt, ſunt hec: item an der Weliſchenleiten vinearum iugum unum; item in Fronpeunt iugum unum. In cuius rei teſtimonium preſentes damus litteras noſtri & venerabilis capituli noſtri ſigilli munimine roboratas. Datum in Ebelſperch XXVII. die menſis Auguſti, anno milleſimo quadringenteſimo quinto decimo.

Num.

Num. XXIX. Protectorium Papale. An. 1468.

Adrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis *Anſelmo* prepoſito Eccleſie ſancti Ioannis Baptiſte de Staingaden eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur quod abſit ſacre *religionis* infringat. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis *poſtulationi*bus clementer annuimus, & prefatam Eccleſiam ab illuſtri Duce *Guelphone*, in proprio allodio fundatam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar predeceſſoris noſtri fel. memorie *Eugenii* Pape ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus; qui ſecundum B. Auguſtini regulam & inſtitutionem Premonſtratenſium, in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Nec alicui fratrum, poſt factam inibi profeſſionem, absque prepoſiti licentia liceat ex eodem clauſtro diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Preterea quascumque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione *fidelium*, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit *adipiſci*, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: in epiſcopatu

tu Auguſtenſi Eccleſiam Ingenrieth, cum decimis & aliis ad eam pertinentibus a venerabili fratre noſtro *Conrado* Auguſtenſi Epiſcopo canonice vobis conceſſam. Predium quod dicitur Sibeneich, plebem & decimas a memorato Epiſcopo legitime vobis conceſſas; partem quoque cuiusdam beneficii, id eſt octo manſos in loco, qui dicitur Marchtorf, quam tu dilecte fili *Anſelme* prepoſite de manu *Theoderici de Poumburck*, aſſenſu & conniventia tam venerabilis fratris noſtri *Conradi* Auguſtenſis Epiſcopi quam Canonicorum & miniſterialium ipſius Eccleſie ſeptuaginta talentis redemiſſe dignoſceris, ſicut in ſcripto eiusdem fratris noſtri Epiſcopi continetur, vobis nihilominus confirmamus. Sane novalium veſtrorum ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus a vobis decimas preſumat exigere. Porro conſecrationes Altarium ſeu Eccleſiarum, ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi a Dyoceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & ea gratis ac ſine pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum, quem malueritis adire antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus authoritate quod poſtulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni & extreme voluntati, niſi forte excomunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia matricis Eccleſie. Adhec adiicientes cenſemus, ut Eccleſia veſtra nullum habeat advocatum. Obeunte vero te nunc eiusdem loci prepoſito, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem & B. Auguſtini regulam ſibi providerint eligendum. Preterea ſi generale interdictum in parochia fuerit promulgatum, nihilominus clauſis ianuis, non pulſatis tintinnabulis, excluſis excomunicatis & interdictis ſubmiſſa voce divina celebrandi officia facultatem liberam habeatis. Decernimus ergo ut nulli omnino homi-

hominum liceat ſupradictam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus, fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva nimirum apoſtolice ſedis auctoritate & Dyoceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Ad indicium autem huius a ſede apoſtolica percepte protectionis, unum bizantium aureum nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi preſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore ac *ſanguine Dei* & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat *atque in* extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat; cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premio eterne pacis inveniant, Amen. Ego Hubaldus Presbyter Card. Tit. Praxedis. Ego Iulius Presbyter Card. Tit. ſancti Marcelli. Ego Bernhardus Presbyiter Card. Tit. ſancti Clementis. Ego Octavianus Presbyter Card. Tit. ſancte Cecilie. Ego Gerhardus Presbyter Card ſancti Stephani in Celio monte. Ego Ioannes Presbyter Card. ſanctorum Ioannis & Pauli Tit. Pamachei. Datum Beneventi per manum Rolandi S. Romane Eccleſie Presbyteri Cardinalis & Cancellarii 2. Cal. Iunii indictione 4. Incarnat. Dominice anno 1156. Pontificatus vero Domini Adriani Pape quarti anno ſecundo.

Num.

Num. IV. Decimæ in Marchdorff. An. 1158.

Henricus Presbyter titulo ſanctorum Nerei & Achillei, & Iacinctus Diaconus ſancte Marie in Choſmidin *Dei gratia ſancte Romane Eccleſie Cardinales* & legati, dilecto filio Anſelmo Staingadiminſi Prepoſito eiusque ſucceſſoribus canonice ſubſtitutis, & univerſis illius clauſtri fratribus, & converſis regulariter viventibus, in perpetuum. Eccleſiaſtice pacis iocunde tranquilitas rumpitur, & ipſa rerum veritas predicanda confunditur, quotiens per concordiam res deciſa reticetur, & terminata neque memorie neque vivacibus literis commendatur. Quod nos providentes, ne veſtre contingat Eccleſie, ratione conſtringimur controverſiam, que verſabatur inter Eccleſiam veſtram & Eccleſiam de Muttingin, ſuper decimis de Marchdorf, per concordiam terminatam, litterarum noſtrarum teſtimonio roborare; & ne veritas poſteros lateat, ipſum transactionis tenorem dignum duximus, his preſentibus apicibus, futuris generationibus notificare. Delata ſiquidem ante nos cauſa, & ſufficienter auditis hinc & inde utriusque partis allegationibus, certum diem eis prefiximus, ut ſuper hoc, quod iuſtitia dictabat, conſulti eis preſentibus reſponderemus. Convenerunt autem ante diem conſtitutum mediantibus religioſis amicis & arbitris, de voluntate propria & conſenſu Cunradi tunc temporis Auguſte civitatis venerabilis Epiſcopi: paciſcentes ſiquidem inter ſe, ut in predicto loco, ſuper cuius decimis contraverſabantur, decimationem ſuam Eccleſia de Muttingin ſine omni contradictione deinceps in pace reciperet: & determinatum eſt, in quibus ſolummodo frugibus recolligendi decimas libertatem haberet, hoc eſt in iſtis quatuor annone diverſis ſpeciebus, tritico ſcilicet & ſiligine, ordeo & avena; in reliquis autem iam dicti loci frugibus ſeu fructibus pro decimis nihil omnino colligeret, & queſtionem aliquam ulterius inde non moveret.

Facta

Facta eſt hec conventio anno ab incarnatione Domini M. C. L. octavo, anno Apoſtolatus IIII. Domini Adriani Pape, regnante Domino Friderico Imperatore, preſidente Auguſte Cunrado Epi- Epiſcopo, XII. Kal. Auguſti. Hi ſunt teſtes qui affuerunt: *Hezilo Abbas ſancti Oudalrici, Norbertus Abbas Wezzinisbrun, Sifridus Prepoſitus Auguſtenſis Ecclesie, Hermannus Plebanus, Berchtoldus Cellerarius, Roudigerus Diaconus, Fridericus Diac. Wernherus Diac. Timo Archi-Presbyter*, ſed quia teſtes, quippe homines ſuis quisque terminis de medio rapiuntur, rationabile duximus *ut diviſis cirografi litteris partem ſuam quisque apud ſe retineret*, & ad rei veritatem notificandum inſtrumentum ſuum haberet.

Not. In ultima membrana conſpiciuntur apices litterarum C. L. R. O. G. R. A. F. I. ſcilicet pars ſuperior litterarum cirographi diviſi.

Num. V. Exemtio temporalis ab Epſatu Auguſtano. An. 1161.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis, univerſis Eccleſiaſticis in terra dilecti filii noſtri nobilis viri *Ducis Welfonis* que in Auguſtenſi Epiſcopatu ſita eſt, conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Et communi fama referente accepimus, & ex transmiſſa relatione predicti Ducis id ipſum plene intelleximus, quod ab Auguſtenſi dicto Epiſcopo multas anguſtias, & tribulationes atque moleſtias amore catholice fidei ſuſtinuiſtis, & iugiter ſuſtinetis. Unde fervorem devotionis & fidei veſtre diligenti meditatione penſantes & vobis tanquam dilectis filiis volentes digne pro meritis reſpondere: vobis ad preces & interventum predicti Ducis de conſueta clementia Sedis Apoſtolice indulgemus, ut quamdiu in unitate Catholica perſtiteritis & predictus Auguſtenſis Eccleſiam Auguſtenſem tenuerit, ordinationes & conſecrationes Eccleſiarum & cetera Eccleſiaſtica Sacramenta a quocun-

cunque volueritis Catholico Epiſcopo nullius contradictione vel appellatione obſtante ſuſcipiatis. Veſtra igitur intererit pro indulta vobis gracia ſacro ſancte Romane Eccleſie amodo devotiores exiſtere & circa devotionem & obſequium eius peremptiores & ferventiores voces exhibere. Datum Benevent VII. Kal. Ianuarii.

Num. VI. Donatio Welfonis Ducis, circ. An. 1170.

Ego *Welpho Dei gratia Dux*, notum facio tam preſentibus quam futuris litteras has inſpicientibus, quod Prepoſitus Counradus de Staingadin cum univerſo ſuo Collegio cum *Alberto de Burengou* & uxore ſua B. pro predio quod eſt in Widergeltingen & ipſe a me tenuit in feodum, talem me preſente fecit liberationem: dedit ei ſedecim libras Auguſtenſis monete, & ipſe cum uxore ſua iuri ſuo renunciaverunt, quod ego liberatum Staingadenenſi Eccleſie contuli. Huic etiam promiſerunt ſe daturos, Prepoſitus cum Collegio, ſingulis annis, mantellum vel tunicam, & XX. duos ſolidos quousque perſolvant memoratum cenſum. Dimiſerunt etiam in obſequium mulierem cum liberis ſuis tantum hiis duobus, quamdiu vivant.

Num. VII. Concambium Welfonis Ducis, c. An. 1170.

Notum eſſe cupimus tam futuris quam preſentibus, qualiter Dominus *Welfo Dux Spoleti*, de Capella Dornou in fundo ſuo ſita legitimo concambio, Domino Ludewico tunc temporis exiſtente eiusdem Eccleſie parrochiano preſente & conſentiente, dotem cum decimatione redemit, & alia allodia ad matricem Eccleſiam eiusdem Capelle plura & utiliora potenti manu tradidit, in villa que dicitur Nidrohoven, manſum & dimidium; Bitingou dimidium; Wil dimidium. Huius concambii teſtes ſunt: *Pillunc de Tatenrieth & filius eius Bertoldus dictus de Ravenſpurc*, *Bertoldus de Furten*, *Hilteboldus de Swanegou*, *Heinricus & frater eius Irmindegen*

de Geroute, *Bertoldus de Mandichingin*, *& filius eius Oudalricus*, *Fridericus de Walpurc*, & alii quam plures eiuſdem loci optimates, ſcilicet *Roudolfus*, *Heinrious & frater eius Counradus*, *Oudalricus Longus*, *Gerboldus*, *Gerwigus*.

Num. VIII. Conſecratio Eccleſiæ Steingadenſis. An. 1177.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio nobili viro *Duci Welfoni* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſciamus te honori & incremento Sacroſancte Romane Eccleſie diligenter intendere ac circa perſonam noſtram multa devotione fervere; te etiam ſicut ſpecialem & devotum Eccleſie filium, quem ſincera in Domino caritate diligimus, cupimus honorare, ac preces & petitiones tuas in quantum ſalva honeſtate noſtra poſſumus animo libenti admitere, & utiliter effectu proſequente *complere*. Inde eſt, quod Eccleſiam, apud quam corpus filii tui *eſt tumulatum*, quam venerabilis frater noſter Friſingenſis Epiſcopus ad preces tuas conſecravit, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcepimus auctoritate apoſtolica ſtatuentes, ut non liceat Auguſtenſi Epiſcopo vel alii, de preſcripta conſecratione queſtionem movere, aut prefate Eccleſie novas & indebitas conſuetudines imponere, vel ipſam ſeu eccleſiaſticos qui in ea Domino ſerviunt, indebita moleſtatione gravare. Sane ſi omnipotens Dominus dederit, quod Eccleſia poſſit optata pace gaudere, & quod inter Eccleſiam & Imperatorem pax ſicut credimus reformetur, Auguſtenſi Epiſcopo firmiter precipiemus, ne Eccleſiaſticis in terra tua manentibus, qui a Catholicis Epiſcopis ordines ſuſceperunt, occaſione perceptorum ordinum per ſe vel per alios moleſtiam inferat, vel gravamen, & quod ab eorum & Eccleſiarum ipſarum *indebita* moleſtatione penitus conquieſcat. Datum Venet. in *Rivo* alto VII. Kal. Iunii.

Num.

Num. IX. Conſecratio Eccleſiæ Steingadenſis. An. 1177.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & fratribus ſancti Ioannis Baptiſte de Stangadén ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Significavit nobis dilectus filius noſter nobilis vir *Dux Welfo*, quod Eccleſiam veſtram que eſt in ſuo fundo edificata, & apud quem filius eius eſt tumulatus, & ipſe tumulari elegit, venerabilis frater noſter Friſingenſis Epiſcopus ad preces prefati Ducis & veſtras conſecravit: quia licet Eccleſia ipſa ſit in confinio Auguſtenſis & Friſingenſis Epiſcopatuum, idem tamen Epiſcopus in privilegio Eccleſie ſue repperit preſcriptam Eccleſiam ad ſuam iuriſdictionem ſpectare. Ne igitur Auguſtenſis Epiſcopus occaſione ipſius conſecrationis vos vel Eccleſiam ipſam indebita moleſtatione fatiget, eandem conſecrationem ratam habemus & firmam: prohibentes ne predicte conſecrationis obtentu, Auguſtenſis Epiſcopus vobis vel Eccleſie veſtre moleſtiam ſeu gravamen irrogare preſumat. Ad hec officii noſtri debito provocati, & eiusdem Ducis precibus inclinati, & quomodo memoratus Dux a principio noſtre promotionis nobis devote adheſerit, & fideliter in devotione noſtra & Eccleſie perſtitit, nihilominus ad memoriam reducentes, Eccleſiam veſtram cum omnibus bonis que in preſentiarum legitime poſſidet, aut in futurum iuſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes ut non liceat Auguſtenſi Epiſcopo vel alii vobis vel Eccleſie veſtre ſupra preſcripta conſecratione queſtionem movere, aut novas & indebitas conſuetudines imponere, vel vos aut Eccleſiam ipſam alias iniuſte gravare. Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & conſtitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indigna-

tionem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Venetie in Rivo alto IIII. Id. Iunii.

Num. X. Confirmatio ampliſſima Welfonis. An. 1183.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Welfo* Dei gratia Dux. Quia iuſtis ſemper precibus, & maxime religioſorum debent patere aures Principum, eapropter ego Dux *Gwelfo* utilem, & honeſtam petitionem *Counradi* venerabilis prepoſiti de *Steingadin*, fratrumque ipſius effectu dignam exiſtimavi. Donationes igitur prediorum, in quibus fundamenta Staingademenſis Eccleſie primum ieci, vel poſterius per me vel per meos legitime illuc contuli, ratas, & inconvulſas permanere volens; huius ſcripti firmitudine predicto prepoſito C. & eius ſucceſſoribus eas inpoſterum roboravi: ut cauſas inquietationis in futurum abſciderem. Traditione quippe legitima, manuque poteſtativa fundum ipſum, *in quo Eccleſia* Steingad. ſita eſt ſancto Iohanni Baptiſte, Deoque illic militantibus cum conſenſu heredum noſtrorum dedimus, totamque terram clauſtro adiacentem ab amne, qui dicitur Rotinbach usque ad amnem, qui vocatur Marchbach, & a fluvio Lico usque ad fluvium, qui dicitur Hylahe cum viis & ſemitis, cum pratis & agris, cum aquis & aquarum curſibus, cum montibus & nemoribus, cum mancipiis & colonis, & omnibus pertinentiis ſuis ex integro in uſum fratrum prenominate Eccleſie donavimus. Predium quoque Dornowe. Predium Celle. Curiam Scongowe. Germaringin. Inginrieth. Watzinrieth. Franchinowe. Seon. Burinchowe. Ellechinbach. Muetharshovin. Adillinderieth. Erſtingin. Tegirnbach. Vohigowe. Erigisrieth. Urbach. Cum aliis quocunque iuſto titulo acquiſitis. Predium etiam in Sibinaich, & predium In Igilingin, predium etiam *in Villa* montana, que dicitur Ardis: curiam Horne, & curiam *Widergelting*. Si vero aliqua de prediis, que iure proprietatis prenomi-

minate ſunt Eccleſie collata nomine beneficii ab aliquibus detinentur, illis, qui ea detinent decedentibus in uſum fratrum ea de cetero libera eſſe decerno. Nec quemquam ſucceſſorum meorum ad alias ea transferre perſonas volo. Hec & alia cum omnibus ſuis pertinentiis per nos, vel per miniſteriales noſtros prenominato loco iam collata, vel adhuc conferenda, Collegio fratrum in Staingadia ſemper poſſidenda concedimus. Et huius teſtamenti pagina roboramus. Locum etiam ipſum cum omnibus ſuis, ab omni angaria exemptum, ſoli romane Eccleſie ſpe ſubſidii ſubiectum, a gravamine aliorum liberum penitus eſſe volumus. Siquis vero hec infringere temptaverit, regio fiſco, & camere ſucceſſorum noſtrorum centum libras Auguſtenſis monete pro ſua contumacia ſolvere cogatur. Teſtes ſubſcripti ſunt *Hartwicus Auguſt. Epiſcopus. Oudalricus Comes de Berge. Dieto de Rauenſpurc. & filii eius. Fridericus de Walburc & filii eius. Bertholdus de Vurte & filius eius Wernherus, Herimanus de Mazenſiexeo Conradus Spannagel. Heinricus de Minndilbere. & filius eius Heinricus.* Acta ſunt hec anno Domini MCLXXXIII. Indict. prima. Regnante *Friderico* Imp. *Gwelfo* Dux &c.

Not. appendet ſigillum Welphonis, quod tab. II. ſigillor. exhibemus cura intentiſſima deſignatum.

Num. XI. Confirmatio Auguſtana. Anno 1193.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Heinricus* Auguſtenſis Epiſcopus, *Chunrado* Staingadenſi prepoſito eiusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. In eo poſiti loco ſumus, ut non ſolum noſtro in tempore pro ſtatu & quiete Eccleſiarum nobis commiſſarum ſolliciti eſſe debeamus, ſed & impoſterum de tranquillitate ipſarum ſtudio cautele, quantum in nobis eſt provider cogitare tenemur. Unde peticionem *Conradi* venerabilis prepoſiti de Staingaden fratrumque eius equam perpendentes, locum ipſum & eos, qui Deo ibi ſerviunt, vel ſervituri

ſunt, debita diligentia munimus, & contra inquietationes, que vel nunc vel poſthac emergere poſſunt, huius pagine noſtre firmitudine roboramus. Omnia igitur, que ab anteceſſoribus noſtris vel a nobis predicto loco iuſte collata ſunt, vel conferentur firma, & inconvulſa C. prepoſitum, & ſucceſſores eius poſſidere decernimus, & iure integro ſicut data ſunt cunctis temporibus illibata permanere volumus. Ex his autem quedam nominatim exprimimus: Marhthorſenſe predium; decimas de cunctis novalibus, que in loco ubi Staingad. ſita eſt, culta ſunt vel colenda; capellam & decimas in Dornowe, que ambo per concambium cooperante advocato ſuo *Gwelfone*, conſentiente quoque *Loudewico* tunc temporis ſacerdote *Scongowenſi* fratres prenominati clauſtri legitime acquiſierunt; manſum etiam unum in *Baringowe*; plebem, & Eccleſiam in *Urſpringe*, limites parochiales ab anteceſſore noſtro dulcis memorie *Conrado* Epiſcopo aſſignatos: hec & alia Staingademmenſi Collegio fratrum nunc collata vel poſterius rite conferenda & noſtri auctoritate ſemper inconvulſa permaneant. Si quis autem, ſuadente diabulo huic noſtre conſtitutioni ſciens obnitti temptaverit, ſi bis & ter commonitus non reſipuerit a communione alienus fiat. Omnibus autem prefato loco iuſta ſervantibus, ſit pax Chriſti & vita poſt mortem, Amen. Actum anno Dominice Incarnationis MCLXXXIII. indictione I. regnante *Friderico* Imperat.

Num. XII. Privilegium Lucii II. P. M. Anno 1185.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis *Conrado* prepoſito Eccleſie ſancti Ioannis Baptiſte de Staingaden eiuſque fratribus tam preſentibus quam futuris in perpetuum. Monet nos apoſtolice ſedis, cui licet immeriti preſidemus, auctoritas pro ſtatu omnium Eccleſiarum provida circumſpectione ſatagere, & ne malignorum rapinis & moleſtiis exponantur, apoſtolicum ipſis patrocinium exhibere. Eapropter dilecti in Domino filii

ve-

veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & preſatam Eccleſiam ſancti Ioannis Baptiſte Staingaden, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus qui ſecundum beati Auguſtini regulam atque inſtitutionem Premonſtratenſium fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis, preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum, in quo predicta Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; predium in Widergeltingen & Eccleſiam inibi conſtructum; Sardis Eccleſiam & cetera in montanis conquiſita, vineam & agros; predium in Horne, cum piſcaturis & molendinis, alpibus & aliis ad id pertinentibus: fundum ipſum, in quo Eccleſia Staingadenſis ſita eſt, ab amne, qui dicitur Rottenbach usque ad amnem, qui dicitur Marbach & a flumine Lico usque ad fluvium, qui dicitur Hylache cum mancipiis & colonis, & omnibus pertinentiis ſuis: & predium quoque Dornowe, & Capellam cum omni iure ſuo, predium Celle, curiam Scongou, Germaringen, Ingenrieth, & Eccleſiam cum plebe & decimis, Wantiemriedt, Franchenowe, Seon, Buringowe, Muetharſchoven, Huſen, Franckenrieth, Erſtingen, Tegrinbach, Vogenhowe; Erechsriet, cum Eccleſia, predium in Sibenaich, & predium in Igelingen, predium in Stadel, predium in Hohenfurch, curiam Enchienriedt, curiam in Bulzen. Sane novalium veſtrorum, que propriis manibus, aut ſumptibus colitis ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, decimas a vobis nul-

lus

lus extorquere preſumat. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos e ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos ſine contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem, ſine prepoſiti ſui licentia fas ſit, de eodem diſcedere; diſcedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, gratiam apoſtolice ſedis habuerit, & ea gratis & absque pravitate vel exactione aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin ad quemcunque malueritis antiſtitem recurratis, qui noſtra fultus authoritate, que poſtulantur, indulgeat. Autoritate quoque apoſtolica nihilominus duximus prohibendum, ut nullus advocatus locum ipſum, vel que ad eum pertinent gravare ſeu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare preſumat, ſed his que antiquitus ſibi conceſſa ſunt, & ad iuſtitiam ſuam pertinent, contentus exiſtat. Preterea novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis ſeu Decanis, aliisve omnibus Eccleſiaſticis perſonis, omnino fieri prohibemus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura: ſalva ſedis apoſtolice auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Ad indicium autem huius ab apoſtolica ſede percepte protectionis aureum nummum annis ſingulis, nobis noſtrisque ſucceſſoribus perſolvetis. Si qua igitur in futurum &c. Ego *Lucius* Chatolice Eccleſie Epiſcopus. Ego Theodinus Portuenſis & S. Ruffine ſedis Epiſcopus. Ego Heinricus Albanenſis *Epiſcopus*.

Ego

Ego Theobaldus Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus &c. Datum Verone per manum *Alberti* S. Romane Eccleſie Presbyteri Cardinalis & Cancellarii 16. Cal. Iulii, indictione 3. Incarnationis Dominice, anno milleſimo centeſimo octuageſimo quinto.

Num. XIII. Confirmatio Cæſarea fundationis. An. 1188.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia Imperator & ſemper Auguſtus. Imperatoriam decet Maieſtatem iuſtis honeſtorum, & maxime religioſorum petitionibus virorum benevole aſſenſum prebere, ac libenter eas ad effectum promovere. Unde preces avunculi noſtri *Welfonis* illuſtris viri, nec non Conradi venerabilis Prepoſiti fratrum in Staingaden, equas attendentes, Eccleſiam S. Ioannis Baptiſte in predicto loco fundatam, Deoque illic ſervituros noſtri firmitudine privilegii communimus, & inpoſterum quietem habere volumus. Omnes igitur conceſſiones, omnes donationes per illuſtrem virum *Welfonem*, vel per miniſteriales eius, ſeu per noſtros, vel quoslibet alios prenominato loco ita legitime factas, vel perficiendas, ratas, & ſemper inconvulſas eſſe decernimus, & ut nullus quietem fratrum Deo illic ſervientium turbare, aut eos iniuriare, angariare ullo modo preſumat, interdicimus. Si qui etiam de noſtris Miniſterialibus aliqua de ſuis prefate contulerint Eccleſie, largitionem eorum ratam eſſe volumus. Propterea, ſi que de prediis, que iure proprietatis iam illuc collata ſunt, nomine beneficii adhuc ab aliquibus detinentur, illis, qui ea detinent, decedentibus in uſum fratrum ea de cetero libera eſſe decernimus. Nec quemquam ſucceſſorum ad alias ea transferre perſonas volumus. Si quis autem, quod abſit, contra hanc noſtram conſtitutionem Imperialem auſu temerario venire temptaverit, leſionem fratribus illatam plenarie ſtatim emendet; dein noſtro centum libras fiſco de publica moneta ſolvere cogatur. Sunt autem hec predia, que

ad inſtr[illegible] predicta poſſidet Eccleſia. Fundus ipſe Steingaden cum omnibus ſuis pertinentiis; predium Dornowe, predium Celle, predium Scongowe, Germaringin, Inginriet, Wazzinsriet, Frankenowe, Seon, Buringowe, Mutharishoven, Adillinderiet, Erſtingin, Tegirnbach, Vogengowe, Erichisriet, Urbach, Sibineich, Igilingin, Ardis, Hornnin, Wiedergeltingin, cum Eccleſia Hohenfurh, Emichinriet, Lullansberc, Urſingin, Eppishaim, Suiſtingin, Buzon, Huſin, Frankenriet, Omundingin. Anno Incarnationis Domini M. C. LXXXVIIII.

Num. XIV. Confirmatio Ducalis Suevica. An. 1188.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis *Fridericus Dux Suevorum* Quia iuſtis ſemper precibus, & maxime Religioſorum debent patere aures Principum, propterea ego *Fridericus Dux Suevorum* honeſtam petitionem Conradi venerabilis Prepoſiti de Steingadin fratrumque ipſius ad effectum perducere dignum duxi. Donationes igitur prediorum, in quibus Eccleſia S. Ioan. Bapt. in Steingadin fundata eſt, vel poſterius ditata, ratas, & inconvulſas permanere volens; huius ſcripti firmitudine predicto prepoſito C. & eius ſucceſſoribus, eas inpoſterum roboravi, ut tam in aquiſitis, quam & adquirendis, nullas inquietationis cauſas Deo ibi militantes inpoſterum ſuſtineant. Iuxta formam ergo traditionis, & ſcripte confirmationis, quam *magnus avunculus meus illuſtris Vir Welfo* predicto loco fecit, ego per omnia plenum adhibeo conſenſum, & quidquid in his ratum habuit, ratum habeo & hoc inpoſterum ſcripti huius pagina confirmo. Preterea, ſi quis Miniſterialium meorum de rebus ſuis mobilibus, & immobilibus prefato loco aliquid contulerit, approbo, & libens permitto. *Si vero* aliqua de prediis, que iure proprietatis prenominate ſunt Eccleſie collata, nomine beneficii ab aliquibus detinentur, *illis*, qui ea detinent, decedentibus in uſum fratrum ea de cetero libera eſſe

ſe decerno. Nec quemquam ſucceſſorum meorum ad alias ea transferre perſonas volo. Poſſeſſiones etiam predicti loci nominatim expreſſas ſubſcripſi. Fundus Steingadin cum omnibus pertinentiis ſuis, qui ſic extenditur, ab amne, qui dicitur Rotinbach, usque ad amnem, qui vocatur Marcbach, & a fluvio Lico, usque ad fluvium Hylach, predium Sibineich, Widergeltingin, Igilingin, Scongowe, Dornowe, Celle, Horne, Sardis, & alia predia, que plenius in predicta pagina Welſonis conſcripta inveniuntur. Teſtes ſunt: *Welſo Dux, Hainricus Marchio de Rumisberc, Rodolfus Palatinus de Tuwingin, Hartmannus Comes de Hirberc, & filius Harthmannus, Bertholdus Comes de Zolr, Gerhardus Comes, & frater eius Gebehardus de Tolenſtaine, Adalbertus Comes, & frater eius Conradus de Chalwen, Prepoſitus de Sindolvingin, & Miniſteriales Ducis Dieto de Rabenſpourg, Hainricus Tumbo, Heremanus de Maxenſix, Ortolfus & frater eius Heinricus de Smalenecke, Heinricus de Tonengowe, Albertus de Sumerowe, Eberhardus de Tanne.* Data Hoſin iuxta Rennum IIII. non. April. *Fridericus Dux Suevorum.*

Num. XV. Privilegium Cæſareum. An. 1189.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Regiam decet excellentiam iuſtis petitionibus facilem aſſenſum prebere, ac diligenter eas ad debitum promovere ſemper effectum. Unde preces proavunculi noſtri *Welſonis* illuſtris viri equas attendentes, Eccleſiam ſancti Ioannis Baptiſte in Staingaden, per ipſum in proprio ac libero fundo, ſecundum beati Auguſtini Regulam ad inſtitutionem Premonſtratenſium liberaliter conſtructum, in plenitudinem gratie noſtre & ſub ſpecialem Maieſtatis noſtre ſuſcipimus protectionem, atque preſentis firmitudine privilegii communimus. Sane omnes conceſſiones, vel donationes per iam dictum proavunculum noſtrum, & nobilem virum Heinricum Saxonum Ducem, vel etiam per

Miniſteriales eorundem, ſeu noſtros prenominate Eccleſie legitime factas, vel perficiendas, ratas, & inconvulſas cum omni iure ſuo, ſemper eſſe decernimus. Preterea ſi qua de prediis, que iure proprietatis iam illuc collata ſunt, nomine beneficii ſeu feudi adhuc ab aliquibus detinentur, illis, qui ea detinent, decedentibus in uſum fratrum de cetero libera eſſe, ſancimus, nec quemquam ſucceſſorum ad alias ea perſonas transferre volumus. Indulgemus ad hoc fratribus ibidem degentibus, ut quicunque hominum noſtrorum fiſcalinorum, ſeu etiam Miniſterialium, ſe, ac bona ſua voluerit ad eos conferre, libere poſſit facere, & absque conſenſus noſtri requiſitione. Poſſeſſiones vero, quas idem *Dux Welfo* manu poteſtativa prefate contulit Eccleſie ſicut viva voce coram nobis in preſentia principum ac curie noſtre publice proteſtatus eſt, ſeu alii pro remedio animarum ſuarum *eidem loco* contulerunt, & quas in preſentiarum poſſident *propriis duximus* exprimendas vocabulis. Fundum ipſum, in quo Eccleſia predicta ſita eſt, totamque terram clauſtro adiacentem, ab amne, qui dicitur Rotenbach, usque ad amnem, qui vocatur Marbach, & a fluvio Lico, usque ad flumen qui dicitur Illach, cum viis, ſemitis, pratis, agris, cultis, & incultis, cum aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcatiouibus, montibus, & nemoribus, cum mancipiis, colonis, & omnibus pertinentiis ſuis ex integro preter pauca, in planitie, que Hylchgowe dicitur, a memorato duce alienata, vel infeudata. Predium in Widergeltingin, & Eccleſiam inibi conſtructam cum decimis a Domino Udal. Auguſtenſi Epiſcopo traditam. Predium in Sibenaich, predium in Dornowe & Capellam cum omni iure ſuo predium in Ingenriet, & Eccleſiam cum decimis a Domino Conrado loci Dioceſano *collata*. Predium in Sardis, & Eccleſiam ac cetera in *Montanis conquiſita*, vineas, & agros, culta, & inculta: predium *in Horne*; cum piſcaturis & molendinis, alpibus, & *venis ferri*, quod vulgo

go *Bergrecht* dicitur, ac aliis ad id pertinentibus: predium in Erisried cum Eccleſia inibi conſtructa, predia in Scongowe, Celle; Germaringen, Frankenhowe, Seon, Burengowe, Hauſen, Frankenried, Erſingen, Tegernbach, Vohengowe, Stadlen, Igilingen, Hohenfurch, Enckenried, Buzel. Conſtitutiones etiam prerogativas, libertates quas prefatus Dux conſentiente & approbante *pie recordationis divo* Friderico Imperatore Patre noſtro predicte contradidit Eccleſie ſolemniter innovantes, confirmamus: videlicet, ut nullius advocatie titulo gravetur, ſed a gubernatoribus Regni ad petitionem Prepoſiti, & fratrum illic Deo militantium Advocatus, ſeu procurator ordinetur; qui abſque omni exactione, perſonis & bona tuendo, ipſorum provideat indemnitati: ordinatus autem, ſi poſtmodum ipſis gravis exſtiterit, removeatur, & alius ſubſtituatur; qui velit tantum divine remunerationis intuitu eos defenſare, & ingratitudinem regie Maieſtatis evitare. Prepoſiti etiam, qui pro temporis qualitate, eidem prefuerint Eccleſie, adminiſtrationem in temporalibus per ſe vel ſuos proviſores exerceant, nec homines ipſorum pro exceſſibus, niſi eis, aliquo modo cogantur reſpondere. Quod ſi forte profugi eorum in Civitatem vel Burgum Regni vel alterius ſub imperio conſtituti, recepti fuerint, cum omni facultate ipſorum reddantur eisdem, nullo locorum privilegio libertatis obſtante. Ad indicium etiam libertatis preſcripte ſtatuit, ut eadem Eccleſia ſingulis annis, aureum Romane Eccleſie perſolvat. Statuimus inſuper, regio diſtricte precipientes edicto, ut nulla deinceps perſona, cuiuscunque ſit conditionis hanc noſtram irritare audeat confirmationem, vel ſepe dictos fratres in bonis ſuis aliquo inquietitudinis modo gravare. Quod qui fecerit centum libras auri puriſſimi componat, dimidium fiſco noſtro, reliquum paſſis iniuriam. Teſtes huius rei ſunt: *Conradus Maguntinus Archi-Epiſcopus*, *Rudolphus Comes Palatinus Tuingen*, *Sigebertus Comes de Werde*, *Fridericus Comes de Ho-*

kenberg, *Gerardus de Chelberſowe*, *Moingottus de Moguntia*, *Conradus Capellanus de Schehſaue*, *Rupertus Ioculutor Regis*. Acta ſunt hec Anno ab Incarnatione Domini MCLXXXIX. Indictione ſeptima. Regnante Domino Heinrico ſexto, Romanorum Rege glorioſo. Datum Spire octavo Idus Septembris.

Num. XVI. Privilegium Conradi Ducis Sueviæ. An. 1194.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis †. *Chunradus* Dei nutu Swevorum Dux. Quoniam loca Religioſorum non ſolum beneficiis & poſſeſſionibus ob reverentiam divini cultus ſunt honoranda, verum etiam ab incurſibus malignorum cura ſagaci munienda, ne vitioſe impetus poſteritatis tranquilitatem ipſorum valeat, inquietare vel infringere. Eapropter notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod nos Eccleſiam ſancti Iohannis Baptiſte in Staingaden a magno *avunculo* noſtro *Duce Welfone* laudabiliter fundatam, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis mobilibus & immobilibus ac ceteris, que in privilegio iam dicti Ducis exprimuntur, in *noſtram & ducatus noſtri* ſpecialem recepimus protectionem: ſtatuentes, & hoc ſcripto confirmantes, ut nulla Eccleſiaſtica vel ſecularis perſona antedictam Eccleſiam in bonis ſuis preſumat perturbare. Preterea quecunque glorioſus Imperator Fridericus Pater noſter, & Fridericus frater noſter predeceſſor noſter, ſeu invictiſſimus Dominus Heinricus Romanorum Rex frater noſter qui nunc ſupereſt, pro remedio animarum ſuarum eidem loco contulerunt, de plenitudine poteſtatis noſtre ratificando, confirmamus. Nos ergo benignitati progenitorum noſtrorum inherentes, divine remunerationis intuitu, Eccleſiam in Bitingow hereditaria ſucceſſione ad nos devolutam, cum iure Advocatie & preſentationis, nec non & novale quod Vronrutin dicitur prenominate Eccleſie ſolenniter conferimus, & preſentis pagine teſtimonio roboramus. Teſtes huius rei ſunt: *Hartmannus de*

Wir-

Wirtinberc, *Ulricus Marſcalcus de Rechberc*, *Heinricus & Fridericus de Walpurc*, *H. & C. de Maxxenſiex*, *Albertus & H. de Sumerowe*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini 1194. Indict. XII. Datum apud Staingaden V. Kal. Septembris.

Num. XVII. Confirmatio Papalis. An. 1194.

Celeſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Prepoſito & fratribus Monaſterii de Steingademe ſalutem & Apoſtolicam benedictionem! Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum, & vota què a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus annuentes, Monaſterium & perſonas veſtras, cum omnibus que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis aut in futurum iuſtis modis, Deo propitio, poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem ea que bone memorie *Welfo* quondam Dux qui Monaſterium ipſum conſtruxiſſe dinoſcitur, & dotaſſe pluribus bonis, ei pia devotione conceſſit & tradidit, vobis & per vos ipſi Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani V. Kal. Februarii Pontificatus noſtri anno tercio.

Num. XVIII. Parochia Widergelting. 1195.

Celeſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Prepoſito Eccleſie de Staingaden ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt, nos facilem prebere conſenſum, & vota que a rationis tramite non diſcor-

cor-

cordant, effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domini fili tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu parrochialem Eccleſiam da Wildrikeltingen tibi & per te Monaſterio tuo ſicut Monaſterium ipſum eam iuſte ac ſine controverſia poſſidet, auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani VII. Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Num. XIX. Parochia Gebremen. An. 1197.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Udelſcalcus* Dei gratia, Auguſtenſis Eccleſie Miniſter humilis, omnibus *Chriſti fidelibus* in auctore ſalutis ſalutem. Noverit omnium tam preſentium quam futurorum ſolers diſcretio, quod nos ob amorem Dei & ſancti Johannis Baptiſte, Eccleſie in Staingadem fratribusque Deo ibidem famulantibus, pro remedio anime noſtre Eccleſiam in Gebreme, pleno iure plenaque donatione, accedente *competitione Canonicorum* & *Miniſterialium* contradidimus. Ea ſcilicet ratione & conditione interveniente, ut ipſi eandem Eccleſiam ordinatione plenaria ſine inquietatione debeant poſſidere: & in eadem Eccleſia ipſi vel per ſe vel per interpoſitam perſonam populo divina celebrare; alia vero omnia tam in dote quam in oblationibus, decimis, ceterisque proventibus, uſui & utilitati preſati Monaſterii cedere debeant & deſervire. In maiorem vero noſtre donationis confirmationem, ius patronatus, quod a nobis Comes *Ulricus*, & ab eo quidam Eccleſie noſtre Miniſterialis *Heinricus* nomine in feudo tenebant, ita liberavimus, ut preſatus Miles Comiti, Comes vero illud nobis in manus noſtras reſignaret, Qua facta reſigna-

ſignatione, nos modo quo prefati ſumus, eandem donationem Monaſterio in Staingadem, ſub multorum teſtimonio, prepoſito *Gebezoni* tunc preſidenti eiusque ſucceſſoribus canonice & legitime perfecimus. Ne longinquitate temporis quandoque non pateat veritas originis, conſtitutum eſt, ut prefatum Monaſterium ſingulis annis mapulam unam in ſignum facte donationis ad matricem Eccleſiam dare teneatur. Ne quis vero de ſucceſſoribus noſtris hoc noſtre deliberationis conſtitutum velit infringere, omnibus eis quaſi ſpiritu preſentes genua flectimus, ne quod pia ordinavimus deliberatione, audaci temeritatis transgreſſione velint infringere. Acta ſunt autem hec anno Dominice incarnationis MCLXXXXVII. indict. XV. Sunt autem hii Teſtes: *Hainricus maior prepoſitus*, *Hainricus Decanus*, *Sifridus Scolaſticus*, *Waltherus Archidiaconus*, *Oulricus Arcid. Roudigerus Cuſtos*, *Rudigerus Plebanus*, *Reimbato Vicedianconus*, *Hermannus Oblai. Herman Camerarius*, *Albreht Cellerarius*, *Rapoto Arcidiaconus*, *Hainrich prepoſitus in Fuhtwanck*, *Hainrich*, *Berolfh*, *Noudunc*, *Winther*, *Swigger*, *Gerunc*, *Kunrad de Vico*, *Perthold Koppo*, *Friderich de Wangen in Koro maiori*: *Oulric de Ledera*, *Hainric Presbiter*. Hii autem de Miniſterialibus: *Diepold de Huſen filius eius Ulrich*, *Hainricus de Megishuſen*, *Marquart Shirar*, *Eberhard de Rich*, *Liutold*, *Ebo*, *Rudolf*, *Herman de Biberbach*, *Liupold Schade*, *Hainrich de Moulchuſen*, *Ulric Vorſtmaiſter*, *Helenwic Stubenberg*, *Kunrat de Suabegge*, *Rudolf de Buheln*, *Kunrad Granlinder*, *Sunderch*, *Reinger*, *Tiemo de Knoringen*, & alii quam plures, qui fideliter teſtantur.

Not. Confirmavit hæc An. 1209. Innocentius III. P. M.

Num. XX. Privilegium Cæſareum. An. 1207.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Philippus* ſecundus divina favente clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Divine remunerationis & equitatis intuitu, Eccleſiis a progeni-

toribus noſtris fundatis non ſolum tradita beneficia conſervare tenemur, verum etiam de conceſſis nobis a Deo aliqua eis feliciter erogare, & circa tranquillitatem ipſarum, & augmentum operam efficacem, & curam adhibere diligentem. Eapropter omnibus Chriſti fidelibus tam poſteris quam modernis notum eſſe volumus, quod nos animadvertentes divine religionis cultum, & honeſtam fratrum converſationem Monaſterii Steingaden, quod fundavit predilectus avunculus noſter inclitus Dux *Welfo*, & propriis curavit prediis ditare, quodque ibi pro eo, & omnibus poſteris eius preces ſine intermiſſione fundantur ad Dominum: ipſum Monaſterium cum omnibus ei attinentibus in plenitudinem gratie noſtre, & ſub ſpecialem Maieſtatis noſtre ſuſcipimus protectionem. Ad honorem Dei & ſancti Ioannis Baptiſte, fratribus Deo illic militantibus, ex innata nobis benignitate confirmantes *quicquid* antedictus avunculus noſter & cariſſimi fratres noſtri *Henricus* glorioſus Romanorum Imperator, & *Conradus* illuſtris Suevorum Dux, pro remedio animarum ſuarum, Monaſterio eorum contulerunt & confirmaverunt, que nos ipſi vel alius quiſpiam eis donavit, queve inpoſterum iuſto acquiſitionis titulo, procurante Domino, poterunt adipiſci. Poſſeſſiones vero, quas in preſentiarum obtinent propriis duximus exprimendas vocabulis: Fundum videlicet, in quo ipſum monaſterium ſitum eſt, totamque terram clauſtro adiacentem, ab amne qui dicitur Rotinbahc, usque ad amnem qui vocatur Marbahc, & a fluvio Lico usque ad fluvium, qui dicitur Hilahe; cum viis, ſemitis, pratis, agris, cultis & incultis, cum aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, montibus & nemoribus, cum mancipiis & colonis, & cum omnibus pertinentiis ſuis ex integro. Inſuper predium *Dornowe*. Predium Celle. Predium Scongowe. Predium *Hohinfurht*. Predium Germaringen. Predium Inginriet. Sewon. *Burenchowe*. Emichinriet. Frankinowe. Watzinriet. Frankinriet.

Huſin. Buren. Predium Mothardishowin, Adilinriet. Erſtingin. Tegirnbahc. Vohegowe. Urbahc. Chiſtilingen. Urſingen. Predium in Sibineihc. Predium in Iglingen, decima apud Sibineihc, quam dedit *Hermanus de Mazzinſiez.* Curiam Widergeltingen, cum Eccleſia & omni iure. Curiam Stadlen. Curiam Bitingowe, cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Gebreme, Lullinſperc, Ditinhuſin. Curiam Horne cum piſcationibus; & omnibus appenditiis eius in montanis. Curiam Schardis. Curiam Lounhin. Curiam Hagnahc bona Vmerſte. Curiam Omindingen. Preterea novalem unum, quod vocatur Vronritte, & predium Langemos, tradita a fratribus noſtris *Friderico & Conrado* Suevorum Ducibus. Indulgemus ad hec fratribus memoratis, ut quicunque hominum noſtrorum Fiſcalinorum, vel etiam Miniſterialium offerre ſe, & bona ſua ad eos voluerit, libere facere poſſit, & absque conſenſus noſtri requiſitione. Statuentes & regio diſtricte precipientes edicto, ut nulla unquam deinceps perſona, cuiuscunque ſit conditionis, hanc noſtram irritare audeat confirmationem, vel ſepedictos fratres in bonis ſuis aliquo inquietitudinis modo gravare; quod qui fecerit, centum libras auri puriſſimi componat, dimidium Fiſco noſtro, reliquum paſſis iniuriam. T. h. r. ſ. *Wolfgerus Pattavienſis Epiſcopus. Bertholdus Dux Mirania. Swiggerus de Mindilſperc*, & alii quam plures. Signum Domini *Philippi* ſecundi Romanorum Regis invictiſſimi. Ego *Conradus* Herbipolenſis Epiſcopus, & imperialis aule Cancellarius recognovi. Acta ſunt hec anno ab incarnatione Domini 1201. indictione 5. regnante Domino *Philippo* ſecundo Romanorum Rege glorioſo anno regni eius quarto. Datum apud Norinberge 12. Octobris.

Num. XXI. Laudum circa homines proprios. An. 1202.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem. Noverit devotio veſtra, quod nos *Swigerus de Mindelberc* & *Cuonradus* dictus *Arrizzula* queſtionem ſuper hominibus Eccleſie Staingad. Et hominibus in Durichaim, iure proprietatis attinentibus antiquitus terminatam, & a quibusdam emulis ſuſcitatam, recepta probatione *Berchtoldi* prepoſiti de Staingaden, adiunctis ſibi duobus ſacerdotibus *Heinrico*, *Heinrico* ſuper poſſeſſione & proprietate diuturna ſic terminavimus, ut iuxta diviſionem a proviſoribus & aminiſtratoribus regia poteſtate ordinatis, ſuper eisdem hominibus dudum factam, utraque pars perpetua gaudeat ſecuritate. Ut autem hec rata & inconvulſa permaneant, preſentem paginam ſigillis noſtris fecimus roborari. Acta ſunt hec anno *Domini* MCCII. in Eccleſia Durichaim, octavo decimo Kal. Mai. Teſtes ſunt, qui viderunt & audierunt, *Berchtoldus de Tannenberc*, *Swigerus iunior de Mindelberc*, *Cuonradus de Maſenſex*, *Albertus de Diezon*, *Hermanus de Haginiberc*, *Cuonradus* & *Heinricus confratres de Angelberc*, *Arnoldus de Burgowe*, *Heinricus de Irdiberc*, *Wenehart de Mazenzex*, *Hermanus* & *Sifridus confratres de Agenwanch*, *Heinricus de Gunprehteſtorf*, *Ruodolfus Franko de Mindelberc*, *Heinricus de Gahouſen*, *Wittemar miles*, *Wernher Snelman*, *Ludewicus de Erringin*, *Caſtiern*, *Cuonradus Iuncherre*, *Hermanus* & *Marquardus de Huoſen*, *Bertoldus* & *Cuonradus de Berge*, *Dietricus Villicus in Durichaim*, & alii quam plures.

Num. XXII. Donatio Cæſarea eccleſiæ in Schardis. Anno 1218.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie. Inter cetera caritatis opera, que divine pieta-

tis

tis intuitu, pia conſideratione largimur, illud Deo credimus gracius reſidere, quod Eccleſiis & locis venerabilibus de mera liberalitate donamus. Hac itaque conſideratione inducti, attendentes quoque religionem & honeſtatem prepoſiti & Conventus Monaſterii ſancti Iohannis in Staingadem, ut Deus nobis vitam augeat & ſalutem, nec non & pro remedio peccatorum felicium Auguſtorum progenitorum noſtrorum, de gracia munificentie noſtre, damus eidem Monaſterio & Conventui Deo illic famulanti, Eccleſiam de Schardis cum dote & mancipiis utriusque ſexus, & ad eandem ceteris omnibus pertinentibus. Abrenuntiantes nos pro nobis & heredibus noſtris omni iuri & actioni, que viſi ſumus hactenus in eadem Eccleſia habuiſſe. Statuimus igitur, & preſentis ſcripti auctoritate ſancimus, ut nullus omnino hominum & heredum noſtrorum a nobis deſcendentium in eadem Eccleſia poſſit vel debeat advocatiam habere; mandantes firmiter, ut nullus ſit, qui contra hanc conceſſionem & donationem noſtram dictum Monaſterium impedire vel moleſtare preſumat. Quod qui preſumſerit quinquaginta libras puri auri fiſco regio componat, & tantundem dicto Monaſterio perſolvat, inſuper indignationem Dei omnipotentis & noſtram ſe noverit incurriſſe. Ut autem hec noſtra donatio & conceſſio rata & inviolabilis perpetuo perſeveret, preſens privilegium inde fieri fecimus ſigillo celſitudinis noſtre roboratum. H. r. t. ſ.: *Sifridus Auguſtenſis Epiſcopus*, *Fridericus Tridentinus Epiſcopus*, *Bertoldus Briſſinenſis Electus*, *Lodvicus Palatinus Comes Dux Bawarie*, *H-mannus Marchio de Baden*, *Rapoto Palatinus de Ortenberc*, *Heinricus Marchio de Burgov*, *Harmannus Comes de Dilingen*, *Anshelmus imperii Mareſcalcus*, & alii quam plures. Datum apud Nuremberc, anno Dominice Incarnationis milleſimo octavo decimo menſe Decembris, indictione ſexta.

Num. XXIII. Immunitas Præmonſtratenſis. An. 1219.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati Premonſtratenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cariſſimus in Chriſto filius noſter, F. Sicilie Rex illuſtris in Romanorum Imperatorem electus nobis inſinuare curavit, quod cum clare memorie Dux *Welfo* predeceſſor ipſius Eccleſiam beati Iohannis Baptiſte de Staingaden, Premonſtratenſis ordinis, pia devotione conſtruxerit & dotarit, illam quibusdam libertatibus & immunitatibus muniendo; tu, licet predeceſſores tui eam in ſua libertate hactenus conſervaverunt, ſtatutum eiusdem nobilis ſuper libertatibus & immunitatibus ipſis cepiſti pro tue voluntatis arbitrio violare. Volentes igitur, ut quod ſuper hoc pie ac provide factum eſt, a Duce predicto debitam obtineat firmitatem, diſcretionem tuam monendam duximus & hortandam, per apoſtolica tibi ſcripta mandantes; quatinus Eccleſiam ipſam in ea libertate conſerves, in qua predeceſſores tui eandem noſcuntur usque ad tua tempora conſervaſſe. Datum Lateran. III. Idus Aprilis Pontificatus noſtri anno tertio.

Num. XXIV. Immunitas villæ Sibenaich. An. 1220.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie. Cum ex debito regie Maieſtatis omnia, que vel querimonioſe aut aliquorum lite ad noſtram adferuntur preſentiam, ad tranquillitatem pacis reformare teneamur; maxime tamen Eccleſiarum Dei gravamina & iniurias pre ceteris extirpare, & contra futuros impetus malignorum, hominibus ſacre religioni dicatis munimen protectionis noſtre porrigere & volumus & debemus. Notum igitur eſſe cupimus preſentibus & futuris, quod cum quodam tempore, de Sibenaich advocatiam bonorum Eccleſie in Staingaden ibidem in villa ſitorum ſibi vendicaret Heinricus

de

de Sibenaich, que ſoli protectioni noſtre & heredum noſtrorum ſine omni exactione ſunt ſubicienda, & a nobis nunquam alienanda aut a nobis progenitis: ipſe H. iam dictus & *Geboto* venerabilis predicte Eccleſie Prepoſitus ſuper hoc apud Auguſtam ad noſtram convenerunt preſentiam, ubi ſepedictus H. recognoſcens ſe in antedicta advocatia predictam Eceleſiam indebite & contra iuſtitiam gravare, omne ius & actionem in advocatiam bonorum ſupradictorum: ſcilicet ville tocius Sibenaich ab inclito *Duce Welfone*, ſeu Manegoldo, aut quocunque alio Staingademenſi Eccleſie illic collatorum; in manibus noſtris penitus dimittendo reſignavit, in agris, in pratis, in paſcuis, in piſcinis & nemoribus, & in omnibus pertinentiis ville, ut nec ipſe aut aliquis ab ipſo genitus, aut dolo aut ingenio aliquis ſubintroductus ab eo, poſtmodum predictos fratres in advocatia predictorum moleſtare preſumeret. Ad cautelam & robur huius reſignationis & deciſionem tocius future malignitatis, preſens ſcriptum ſigillo noſtro communitum predicto Prepoſito G. & confratribus eius contulimus, & libertatem eiusdem advocatie, ſecundum quod magnificus proavunculus noſter Dux *Welfo* & Imperatores Auguſti avus, & Pater noſter ipſis usque ad tempora noſtre exaltationis conſervarunt, & ſigillis & privilegiis confirmarunt, & nos perpetuo ipſis confirmamus & ſtabilimus. Teſtes quoque fideles noſtros & imperii in preſentia noſtra eo tempore conſtitutos, in huius rei teſtimonium vocavimus. *Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopum S. Heinricum de Nifen*, *Berhtoldum de Tannenberc*, *Eberhardum Dapiferum de Tanne*, *Swigerum de Mindelberc*, *Ulricum Prepoſitum de Moringen*, & alios quam plures. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis M. CC. XX. Datum apud Auguſtam in Kal Auguſti indictione octava.

Num.

Num. XXV. Privilegium Cæſareum. An. 1220.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie. Divine remuneratoris intuitu, & equitatis, Eccleſiis a progenitoribus noſtris fundatis non ſolum tradita beneficia conſervare tenemur; verum etiam de conceſſis nobis a Deo aliqua eis feliciter erogare, & circa tranquillitatem ipſarum & augmentum, operam efficacem & curam adhibere diligentem. Eapropter omnibus Kriſti fidelibus tam poſteris, quam modernis notum eſſe volumus: quod nos animadvertentes divine religionis cultum, & honeſtam fratrum converſationem Monaſterii Steingadin, quod fundavit predilectus conſanguineus noſter inclitus *Dux Welfo*, & propriis curavit prediis ditare; quodque ibi pro eo & omnibus poſteris eius preces ſine intermiſſione fundantur ad Dominum: ipſum Monaſterium cum omnibus ſibi attinentibus in plenitudinem gratie noſtre, & ſub ſpecialem Maieſtatis noſtre ſuſcipimus protectionem: ad honorem Dei, & S. Ioannis Baptiſte fratribus Deo illic militantibus ex innata nobis benignitate confirmantes, quidquid antedictus conſanguineus noſter & glorioſus Pater noſter invictiſſimus Imperator Heinricus, & chariſſimus Patruus noſter Conradus illuſtris Suevorum Dux, pro remedio animarum ſuarum Monaſterio eorum contulerunt & confirmaverunt, & que nos ipſi vel alius quiſpiam eis donavit, queve in poſterum iuſto acquiſitionis titulo, procurante Deo, poterunt adipiſci. Poſſeſſiones vero quas in preſentiarum obtinent, propriis duximus exprimendas vocabulis: Fundum videlicet, in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt, totamque terram clauſtro adiacentem ab amne qui dicitur Rotenbach, usque ad amnem qui vocatur Marbach, & a fluvio Lico usque ad fluvium qui dicitur Hylahe; cum viis, ſemitis, pratis, agris, cultis & incultis, cum aquis aquarumque decur-

curſibus, molendinis, piſcationibus, montibus, & nemoribus cum mancipiis & colonis, & cum omnibus pertinentiis ſuis ex integro. Inſuper predium Dornowe, predium Celle, predium Scongov, predium Hohinſurch, predium Germaringen, predium Inginriet, Sewon, Burenchowe, Emichenriet, Franchenowe, Wazinriet, Frankinriet, Huſen, Buren, predium Muthardishoven, Adilinriet, Erſtingen, Tegirnbach, Vohegowe, Urbach, Chiſtilingen, Urſingen, predium in Sibeneich, predium in Iglingen; decimam apud Sibeneich, quam dedit Hermannus de Mazzenſiz; curiam Widergeltingen cum Eccleſia & omni iure, curiam Stadeln, curiam Bitingov & Eccleſiam cum omni iure, Eccleſiam de Breme, Lullanſperc, Titinhuſen, curiam Horne cum piſcationibus, & omnibus appenditiis eius, in Montanis curiam Scardis, curiam Loumin, curiam Hagnach bona Vmerſta, Curiam Omindingen. Preterea novale unum, quod vocatur Vronrute, & predium, quod vocatur Langemos tradita a patruis noſtris Friderico, & Conrado Suevorum Ducibus. Indulgemus ad hec fratribus memoratis, ut quicunque hominum noſtrorum fiſcalinorum, ſive etiam miniſterialium offerre ſe, & bona ſua ad eos voluerit, libere facere poſſit, & absque conſenſus noſtri requiſitione. Et Regio diſtricte precipientes edicto, ut nulla deinceps perſona cuiuscunque ſit conditionis hanc noſtram irritare audeat confirmationem, vel ſepe dictos fratres in bonis ſuis aliquo inquietitudinis modo gravare; quod, qui fecerit, centum libras auri puriſſimi componat, dimidium fiſco noſtro, reliquum paſſis iniuriam. Teſtes huius rei ſunt: *Sifridus Epiſcopus, Chuno Elwangenſis & Fuldenſis Abbas Bertholdus de Tannenberc, Swiggerus de Mindilberc, Engelſcalcus, & Hermanus de Heginiberc, Ulricus Prepoſitus de Moringen*, & alii quam plures. Signum Domini Friderici Regis Romanorum invictiſſimi, & Regis Sicilie. Ego Conradus Spirenſis & Metenſis Epiſcopus & Imperialis aule Cancellarius recognovi. Acta ſunt hec anno ab Incarna-

tione Domini 1220. Indictione 7. Regnante Domino Friderico Romanorum Rege glorioſo. Anno Regni eius 8. Datum apud Augustam 16. Kal. Sept. feliciter.

Num. XXVI. Reſcriptum Regium circa nemora. An. 1224.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, dilectis ſibi de Staingadem & Raitenbuch Prepoſitis & Conventibus ipſorum gratiam ſuam & omne bonum. Intelligimus quod infra nemora vobis adiacentia, que tam Eccleſiis veſtris quam nobis pertinent, magnas inſolentias exercueritis; ea ſupervacue precidendo & exſtirpando, novalibus in eis per vos conſtructis & caſalibus locatis & a fidele *noſtro Ep. de Grozoch.* Inſuper quod de terminis ipſorum nemorum indecenter litigare preſumatis. Quo circa dilecto & familiari Principi noſtro Auguſtenſi Epiſcopo iniunximus, ut omnia caſalia & horrea aut quelibet edificia in eis tam per vos quam per predictum G. conſtructa penitus deſtrui & incendio conſumi, removendo ab eis inhabitantes, faciat per fidelem noſtrum Prepoſitum de Moringem, cui id ſtrictius dedimus in mandatis. Precipimus etiam ut ipſe Epiſcopus & Prepoſitus noſter, aſſumptis intra viciniam ipſam officiatis noſtris de Scongov & Buren & aliis quos viderint expedire, vobis convocatis, de ea lite ipſi cognoſcant, & fine debito terminent: utriusque Eccleſie ius ſuum, & nobis noſtrum exprimendo, & nemora ipſa in meliorem cautelam committendo. Mandamus igitur vobis ſub pena gratie noſtre precipientes, ut iam dicto Epiſcopo & Prepoſito in hiis per omnia ſitis obedientes, ſcilicet quod quicquid inter vos duxerint ſtatuendum, ſi quis tam capitum quam membrorum & mancipiorum in hiis rebellis fuerit; ipſum ab ipſis removendum Eccleſiis ordinabimus, & pena debita puniendum. Datum apud Nurenberch VIII. Kal. Auguſti. Indictione XIV.

Num.

Num. XXVII. Capella Peitingau. An. 1225.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen! Nos Rudolfus Abbas Fauceníis, *C. de Urſperch*, *B. de Rota*, *H. de Wiltin*, Premonſtratenſis ordinis Prepoſiti, E. ſancti Georii Prepoſitus ordinis ſancti Auguſtini, tenore preſentium cunctis ſcire volentibus ſignificamus: quod dum ſuper lite dirimenda que inter Prepoſitum de Raitenbuch ex una parte, & Prepoſitum de Steingadem ex altera, ſuper Capella in Betengov vertitur, coram iudicibus a Sede Apoſtolica delegatis ſepius ab utraque parte ſufficientem fuiſſet allegatum, demum habito prudentum virorum conſilio, arbitros elegerunt, Prepoſitus de Raitenbuch Decanum Friſingenſem, & Prepoſitus in Staingadem Decanum in Blezze; Magiſtrum Wernherum cuſtodem Auguſtenſem pro tercio communiter ſubſtituentes: quorum ſi quis aliquo caſu arbitrio intereſſe non valeret, alter, ſicut in literis ſuper idem arbitrium confectis plenius continetur, in locum ipſius ſubſtitueretur, eorumque ordinationem modis omnibus obſervarent, periculo cauſe & pena quadraginta librarum Auguſtenſis monete invicem ſe obligantes. Demum poſt quasdam prorogationes dierum, predictus cuſtos & Decanus de Blezze in oppidum Scongew convenerunt, ibique a Prepoſito Raitenbuch Magiſter Petrus Friſingenſis Canonicus pro Decano Friſingenſi in tercium eſt conſtitutus. Cumque partes pari conſenſu quadraginta teſtes ad intentionem ſuam probandam ſecundum iuris formam vellent producere, & tandem recepti eſſent, ita quod tantum undecim teſtes ab utraque parte erant recipiendi; & quia quintam feriam quarte ferie continuaverant: petebant arbitri ut rurſus craſtinum diem partes eidem annecterent diei, alioqnin numerum teſtium pro defectu diei non valerent recipere, Prepoſitus in Raitenbuch partem ſuam intelligens infirmiorem, quia variis interlocutionibus per ſe & arbitrum ſuum factis tempus ſupervacue deduxerat, petitionem duo-

rum arbitrorum admittere denegabat, eo quod auctoritatem arbitrii ſubterfugeret. Preterea nobiles viri & *maiores locorum Conprovinciales* utramque timentes laboribus & expenſis Eccleſiam periclitari, qualemcunque attemptabant facere compoſitionem, quos aliqua in parte audire recuſabat, nec ſolum in his ſed & in terminis a Welfone Duce, Hainrico Imperatore, Cunrado Duce, Philippo Rege & Friderico nunc Romanorum Imperatore, ſine omni contradictione Staingademenſis Eccleſie contraditis iniuriatur eisdem. His omnibus ſupradictis interfuerunt multi maiores, quorum quosdam ſubnotamus: *Magiſter Gerboldus Auguſtenſis Decanus, Ulricus Auguſtenſis Plebanus*, & alii quam plures Clerici: *Volcmarus de Kemenat, Hanricus de Talhoven; de Swanegou, Hanricus, Hiltiboldus, Cunradus fratres: de Lecheſperch Cunradus & Hainricus fratres: de Hagenberch Cunradus & Hermannus fratres, Cunradus iunior Maxenſiez.* Nobiles viri *Bertholdus de Tannenberch & Albertus de Dizzon*, & alii quam plures Milites. *Hermannus advocatus predicti oppidi Scongor*, cum omnibus fere eiusdem loci Civibus, *Cunradus Miniſter de Burno*, cum omnibus fere eiusdem loci Civibus, ac alii conprovinciales Clerici & Laici multi, quorum nomina pre multitudine ſubnotare non valemus.

Num. XXVIII. Prædium in Walde. An. 1226.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego *Nanzo*, Dei patientia Biburgenſis Eccleſie indignus Abbas, ad notitiam tam futurorum quam preſentium hoc ſcriptum legere vel audire volentium pervenire cupio: quod cum ex munifica & devota largitione felicis recordationis incliti quendam Ducis *Welfonis*, predium, quod in Nemore dicitur, cum omnibus ſuis attinenciis iuxta conventualem Eccleſiam in Staingadem, quam idem nobilis Dux a fundamentis decenter conſtruxerat, ſitum, iuſto proprietatis titulo ego & Conventus in Biburch plurimis annis pacifice poſſedi-

diſſemus; quoniam propter multam ipſius predii a nobis remotionem, laborem nimium & pericula in eundo & redeundo frequenter patiebamur: de communi Conventus noſtri aſſenſu idem predium cum omni iure, quod in ipſo habere videbamur, mediantibus ex parte noſtri viris religioſis *Choumrado Priore, & Beringero* tunc temporis Cellerario noſtro, legitime vendidimus viro venerabili Domino *Gebezoni* prepoſito & Conventui in Steingadem; receptis ab eis in civitate Auguſta ſexaginta ſex libris Ratisponenſis monete & tribus ſoumis vini latini de Hagenach. Ad cautelam itaque tam ipſorum quam noſtram, ne quis forte, quod abſit, hinc vel inde aliter quam ſe habet huius facti veritas, velit contendere, certitudinem per ſigilli noſtri, & etiam Conventus impreſſionem fideliter appoſuimus. Inſtrumenta etiam ſive confirmationes ſuper eadem poſſeſſione ab ipſo Duce, qui Eccleſie noſtre ipſam contulit, ſeu ab aliis Principibus Eccleſiaſticis ſive ſecularibus a nobis ante ipſam vendicionem obtentas, vice iuramenti fide data Eccleſie in Steingadem reddere promiſimus. Acta ſunt hec anno milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto ab Incarnatione Dominica, Preſidente ſedi apoſtolice Domino *Honorio* tercio, & Auguſtenſi Eccleſie venerabili Epiſcopo Domino *Sifrido.* Imperium Romanorum fideliter amminiſtrante glorioſo Imperatore *Friderico* cum filio ſuo Rege *Heinrico.*

Num. XXIX. Immunitas prædior. Widergelting. Anno 1227.

Heinricus ſeptimus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus. Ad eterne vite felicitatem & temporalis regni incrementum nobis prodeſſe non ambigimus, ſi perſonas religioſas in ſuis deſideriis exaudire curaremus, & circa commoda Eccleſiarum curam & operam impenderemus diligentem. Quapropter notum facimus univerſis imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod

cum nobilis Dux *Welfo* avunculus noſter in villa Widergeltingen proprietatem duorum manſorum Conventui & Monaſterio de Steingaden olim pro remdio anime ſue contuliſſet, & in eisdem manſis *Heinrico & Friderico fratribus de Dackſperc* ius feudale permanſiſſet, ipſi fratres proceſſu temporis Zelo ducti pietatis, apud Auguſtam, ad preſentiam noſtram accedentes, acceptis LXX. Marcis argenti, quicquid ratione feudi in eisdem manſis habere videbantur, in manus noſtras humiliter & ſpontanea voluntate, pro ſe & heredibus ſuis reſignaverunt; & nos pro ſalute noſtra, tam proprietatem iam dudum contraditam, quam ius feodi in manus noſtras reſignatum, Conventui & Monaſterio prefato contulimus perpetuo & libere poſſidendum. Statuentes & ſub interminatione gratie noſtre diſtricte precipientes, ut nulla unquam perſona ſepedictos fratres aut Monaſterium in eisdem manſis vel in *aliis* bonis que in eadem villa largitione predicti Ducis poſſident audeat moleſtare, vel ſuis uſibus ea vendicare. Quod qui fecerit, omnipotentis Dei iram noſtreque Maieſtatis offenſam ſe noverit incurriſſe. Ad huius etiam rei robur perpetuum, preſentem paginam conſcriptam ſigillo noſtro iuſſimus communiri. Teſtes h. ſ.: *Siffridus Auguſtenſis Epiſcopus*, *Rapoto maior prepoſitus Auguſtenſis*, *E. Dapifer de Walperc*, *Dietho de Ravinſperc*, *Swikerus de Mindelberc*, *Heinricus de Sibinaich*, *Cuno de Fumerowe*, *Ulricus prepoſitus de Moringen*, & alii quam plures. Datum apud Auguſtam XIII. Kalend. Aprilis indictione XV.

Num. XXX. Donatio aquæ ad rigandum. An. 1227.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Quoniam que ſcriptis traduntur difficilius memorie hominum dilabuntur: ea propter ſcribi placuit, quod ego *Ulricus Comes de Ultimis* in remiſſionem meorum peccaminum, & in reſtaurationem damni *olim illati* per homines meos habitantes tunc temporis in Steinegge, Eccleſie S.

Iohan-

Iohannis in Staingadem ad irrigandas terras ſuas & vineas in Hagenach omni feria tertia aquam manantem de Rumetz, quam nomine predii poſſideo, tradidi in perpetuum. Inſuper filios & filias quas *Heinricus* villicus in Scardis, qui proprius prelibate fuit Eccleſie ex noſtra muliere ab Tiſens progenite genuerit, & ipſorum poſteritas liberaliter predicte contuli Eccleſie. Teſtes huius donationis hii ſunt. *Volcmarus de Rumesberc, prepoſitus Goteſcalus in Augia Bozana, Ludewicus & Wernherus Ottacher & Tager Canonici in eadem Augia*: *Laici, Bertoldus Tarent*: *Heinricus Kircher & Wolfker & filius eius, Heinricus Villicus in Maiſe*, & alii quam plures. Et ne aliqua fraude eadem donatio ab heredibus meis poſſit in poſterum retractari, ſed memorate inconcuſſa permaneat Eccleſie, preſentem paginam ſigilli mei munimine roboravi. Acta ſunt hec anno incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo ſeptimo, undecimo Kalendas Novembris, in Augia apud Bozanam.

Num. XXXI. Traditio judicialis. An. 1228.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Quia nihil dignum memorie retinetur, niſi ſcripture teſtimonio roboratur, unde ego *Bertoldus de Dirichburch* imperialis curie Iudex, preſenti pagine cunctis cupio proteſtari, quod cum Dominus *Hainricus de Tolhoven* quasdam poſſeſſiones Uſen Riet dimidium manſum, & in Gebreme dimidium manſum, & quartam partem manſi, quos a Domino *Alberto* & Domino *Erneſt* filio eius ac Domino *Egelolfo de Stuzzelingin* in feodum a parentibus ſuis hereditaverat, Staingademenſi Eccleſie pro precio viginti marcarum vendidiſſet, ea conditione, ut ius proprietatis a memoratis Dominis eidem Eccleſie legitime tradi procuraret; quod & factum eſt: atque ſepedicti Domini cognati mei ſupradicte Eccleſie ius proprietatis per manum meam prout *iuris eſt Suevorum* ex inte-

gro

gro transmiſerunt. Acta ſunt hec anno Incarnationis Domini MCC. viceſimo octavo, indictione ſecunda.

Num. XXXII. Immunitas curiæ in Dorne. An. 1233.

In nomine Domini amen! Ego *Albertus Comes de Tyrol* omnibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Tenore preſentium proteſtamur, quod nos ad petitionem venerabilis Prepoſiti de Staingadem & Conventus ibidem, qui nos in plenam confraternitatem in Domino receperunt, exactionem quam Burgravius noſter in curte ipſorum Dorne, ſuper quadam quantitate vini huc uſque ad manus noſtras recepit, omnino remittimus, nec deinceps aliquid iuris vel exactionis inibemus noſtris officiatis de ipſa curte recipere, ipſique poſt mortem noſtram poſtmodum orationibus & elemoſinis plenam confraternitatis materiam *nobis tenentur* exhibere. Inſuper Egenonem virum ipſis fratribus de Staingadem, pro remedio anime noſtre contulimus, & quicquid iuris in eundem habere videbamur. Teſtes huius rei ſunt: *Albertus de Mayſe*, *Marquardus frater eius*, *Bertoldus Carant*, *Cunradus Swabolin de Mayſe & E. Burgravius*. Acta ſunt hec anno gratie M. CC. XXXIII. tercio Kal. Decembris, apud Tyrol.

Num. XXXIII. Reparatio Damni illati. An. 1235.

Siboto Dei gratia Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus omnibus hanc literam inſpecturis ſalutem. Notificamus univerſitati veſtre, quod ſuper ſpolio & incendio quod milites honeſti Dominus *Ch. de Mazinſiez & Cunradus & H. filii ipſius* & eorum homines & fautores conmiſerunt in Eccleſia & Villa Widergeltingen, pro eiusdem dampni reſtitutione Auguſte in noſtri preſentia inter dilectum fratrem noſtrum Waltherum de Staingaden prepoſitum & predictos *Cunradum* Seniorem & *Cunradum* filium ſuum & vice & nomine alterius filii ſui Domini H. *de Angelberc* tunc ibidem abſen-

ſentis talis compoſitio ſtatuta fuit & firmata a parte utraque. Quod quisque trium ipſorum obligavit ſe in preſenti, de predio ſuo poſſeſſionem terre exculte annuatim in redditibus frugum unam libram Auguſtenſis monete ſolventem Eccleſie in Staingaden donaturum; & dum quemquam eorum mori contingeret, in teſtamento teneretur iterato de predio ſuo ipſi Eccleſie donare poſſeſſionem terre culte ſolventem annuatim duas libras monete predicte, & in eadem Eccleſia recipere ſepulturam. Si vero ipſorum quemquam inteſtatum decedere, quod abſit, contigerit, heredes ipſius eadem pro ipſo complere tenebuntur. Cum autem in forma compoſitionis huius prefatus Cunradus Senior duas curias in Erboldiswanc, & Cunradus filius ſuus curiam unam in Kathirineſwanc & Dominus H. ex parte ſua decem libras de donatione preſenti dicte Eccleſie donaſſent, & ad futuram donationem ſe obligaſſent; & tam de preſentis donationis confirmatione, quam de futura obſervatione & complemento literam preſentem ſub ſigilli ſui munimine ſepedicte Eccleſie & Conventui donaſſent: nos ipſa litera & compoſitionis forma hinc inde rata habita, eam confirmavimus, noſtri etiam ſigilli munimine eam roborantes. Huius rei teſtes ſunt: *Hainricus Prepoſitus de Diezen*, *Ulricus Coppo*, *Wolfradus de Niſſen*, *Sifridus Iningenſis*, *Magiſter Bertoldus de ſancto Mauritio Canonici Auguſtenſes*, *H. Decanus de Mazinſiez*. *Viri nobiles*, *Dominus Eberhardus de Aicham*, *Dominus Hainricus de Eberſtal*, *Hermanus de Blanchinberc*, *Hainricus Camerarius*, *Eberhardus Tunmagir*, *Conradus Coppo*, *Hiltebrandus de Huſen*, *Liebhardus de Irmingen*, *Ulricus Magiſter Coquine*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXXXV. quarto Idus Aprilis, preſidente Domino Gregorio Papa nono, & regnante Friderico Romanorum Imperatore ſecundo.

Num. XXXIV. Pro villa & Eccleſia in Sibenaich. An. 1137.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, amen! Siboto Dei gratia Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus, omnibus hoc ſcriptum inſpecturis ſalutem in Chriſto Ihſu. Notificamus vobis quod anno Domini M. CC. XXXVII. octavo Id. Februarii, Auguſte, apud ſanctum Udalricum, conparuit coram nobis *Manigoldus iuvenis de Sibenaich*, publicando ibidem in preſentia noſtra & multorum aſtantium, quod cum Tutor bonorum ſuorum in annis puerilibus preteritis ante annum proxime preteritum tutelam & procurationem reſignaſſet, ipſe iam plenariam habendo poteſtatem & libertatem omnium bonorum & rerum ſuarum, cum Matre ſua Domina *Irmingardi* & cum duabus ſororibus ſuis Domina *Irmingardi* & Domina *Ita*, & cum vitrico ſuo Domino *Sivrido Spannagel* & filio eiusdem *Cunrado* fratre ſuo, omnia bona que tam ipſe quam ipſi habuerant & poſſederant, iure proprietatis ſeu titulo feodi, in terris, agris, pratis & cum omnibus pertinentiis ſuis & advocatiam Eccleſie in Sibenaich vendidiſſet & contradidiſſet Eccleſie & Conventui in Staingadem, pro quadraginta libris Auguſtenſis monete: & incontinenti in noſtra & aliorum preſentia ibidem renunciavit, pro ſe & matre & ſororibus ſuis antedictis, proprietati & omni iuri quod in predictis bonis & Eccleſia & advocatia habuerant, Domino *Sivrido Sponnagel* illic preſente, & etiam ex parte ſua & filii ſui Conradi venditionem ipſam factam manifeſte confitente, & ibidem publice pro ſe & ipſo filio renunciante proprietati ſeu quocumque iuri, quod in omnibus bonis dicte ville aut Eccleſie ſive advocatia habuerant aut habere videbantur: Inſuper ipſe S. & M. predictus coram nobis ſe obligarunt Eccleſie predicte & Conventui, quod ſi qua controverſia aut vexatio de venditione & donatione & emptione ſupradictorum contra eos de preſenti vel in futuro emergeret, ab hac eos abſolvere, & reddere quietas

tas

tas & indempnes in bonis, Eccleſia & advocatia teneantur. Hec vero ut rata ſemper permaneant & obſerventur inconvulſa, ad petitionem Sivridi & Manigoldi litteram preſentem in evidens ſupradictorum teſtimonium conſcribi & tam Civitatis noſtre quam noſtro ſigillo hanc fecimus communiri. Huius rei teſtes ſunt: *Hainricus Prepoſitus de Wiltin*, *Hainricus Gula*, *H. filius ſuus Advocatus Auguſtenſis*, *Conradus Coppo*. *Bertoldus de Bobingen*, *Hainricus Snelman*, *Hainricus Senge*, *Ulricus Magiſter Coquine*, *Gotfridus Hainricus de Heibach*, *Ulricus Camerarius de Chrumdorf*, *Hainricus de Igilingen*, *Otto Beginer*, & alii quam plures. Datum Auguſte anno & termino ſupradicto regnante glorioſo Romanorum Imperatore Domino Friderico ſecundo.

Num. XXXV. Jus patronatus in Gebrem. An. 1239.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Nos Dei gratia Siboto Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus; in cauſa que vertitur inter *Bertoldum* militem de *Riſisburch* ex una parte, & Bertoldum Prepoſitum de Staingaden & Conventum eiusdem Monaſterii nomine ex altera ſuper Eccleſia in Gebrem, ipſo Pertholdo petente Eccleſiam & aſſerente, Ius patronatus ad ipſum ſolum pertinere, ita quod non ad alium; dicto Bertholdo Prepoſito nomine ſui Conventus & Eccleſie ſue illud negante & aſſerente, illam Eccleſiam in Gebrem pleno iure ad ſuum Cenobium pertinere; titulo etiam donacionis pie memorie Oudelſchalci Epiſcopi predeceſſoris noſtri ab eodem Prepoſito allegato: partibus ſuper hoc ad noſtram preſentiam citatis, & die prefixo partibus eisdem coram nobis conſtitutis, lis coram nobis fuit legitime conteſtata: & quia conſtitit nobis de donatione legitima, de conſenſu Capituli Auguſtenſis & aliorum, quorum intererat eidem donationi conſentire, per ante dictum predeceſſorem noſtrum facta, tum etiam de quadragenaria preſcriptione, quam idem prepoſitus pro ſe & ſuo Monaſterio al-

legabat, tum per inſtrumentum eiusdem Predeceſſoris noſtri ſigillatum, tum per teſtes omni exceptione maiores: ſententiando & diffiniendo, eundem Prepoſitum, nomine ſuo & ſui Conventus & Eccleſie ſue, ab impetitione ſupradicti Bertholdi militis abſolvimus; eidem Berhtoldo ſuper eadem Eccleſia in Gebrem perpetuum ſilentium imponendo. Et ne aliqua dubitatio ſuper hoc poſſit exoriri, preſentem literam fecimus conſcribi & ſigilli noſtri munimine roborari. Acta ſunt hec anno Domini milleſimo duceteſimo triceſimo nono, XII Indictione, III. Kal. Auguſti, die Sabati ſanctorum Martyrum Abdon & Sennen, ante Capitulum maioris Eccleſie noſtre, in preſentia noſtra & aliorum, videlicet Magiſtri Gotboldi Decani, Domini Hermani Scolaſtici, Domini Ulrici Plebani, Domini Richardi Archidiaconi, Magiſtri Wernheri Cuſtodis, Domini Ludewici de Arrenbach, Domini Wolfradi de Niffen, Domini Sifridi Innigen, Magiſtri Kunonis, Domini Ottonis de Baldern, Domini Ulrici Knoringer Canonicor. Auguſtenſium Clericorum vero de Choro, Domini Hainrici de Zuſemerhuſen, Magiſtri Erneſti, Hartwici de Geroltshaim, Hainrici, Nudungi, Hainrici de Annehuſen, preſente etiam Domino Friderico Abbate Campidonenſi, & ſuorum Miniſterialium, videlicet *Hainrici & Rudolfi milites & fratres dicti Abbatis ſive nobiles de Munſtrun, Hainric Marſchalci dicti de Wagegge, Ludewici de Rotenſtein, Bertoldi militis de Hietzdorf Dapiferi Campidonenſis, Marquardi Plebani Campidonenſis, Hainrici Plebani de Gunzeburch, Magiſtri Volkmari Phiſici de Roitmesberc, Domini Abbatis de Wezzibrunen*, & aliorum fide digniſſimorum.

Num. XXXVI. Confirmatio Papalis Eccleſiæ in Sibenaich. An. 1239.

Gregorius Episcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Prepoſito & Conventui Monaſterii in Staingaden, ordinis Premon-

monſtratenſis, Auguſtenſis Diocefis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem! Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & Monaſterium veſtrum in Staingaden, in quo divino mancipati eſtis obſequio, cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Eccleſiam ſancti Georgii in Sibenaich cum pertinentiis ſuis, quam venerabilis frater noſter S. Auguſtenſis Epiſcopus ſpectantem ad eum, Capituli ſui accedente conſenſu, vobis pia & provida liberalitate donavit, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri, nec non terras, poſſeſſiones & alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis & eidem Monaſterio per vos auctoritate Apoſtolica, confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat &c. Datum Laterani II. Id. Aprilis, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Num. XXXVII. Donationes variæ D. de Mazenſiez. An. 1241.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſanct amen. Oblivio cum ſit mentis incuria rerum geſtarum, veritatem curis accreſcentibus obfuſcans, humana ſibi provide adinvenit ſollercia, ut ea que rationabiliter ſtatuuntur ſeu conceduntur, ſcripture teſtimonio, poſterorum memorie tranſmittantur. Unde ego *Cunradus Senior de Mazenſiezen* preſenti pagina omnibus cupio declarare, quod interna compunctione motus, attendens honeſtam fratrum converſatio-

 nem

nem in Staingaden & loci reverentiam, ob illuſtris Domini *Welfonis* eiusdem fundatoris cinerum pauſationem, pro remedio anime mee parentumve meorum, conſentientibus heredibus meis, videlicet *Adelhaidi* uxore mea ac *Cunrado* filio meo, qui proprie hereditatis mihi iure ſuccedunt, curias quatuor in Erboldeswanck & unam in Holzhuſen, cum iure Advocatie & omnibus pertinentiis ſuis cultis & incultis, ſancto Iohanni Baptiſte memorati loci Patrono ac fratribus illic Deo militantibus libere contradidi & fratres eosdem in poſſeſſionem miſi corporalem: ut autem hec rata & inconvulſa permaneant, ſigilli mei munimine preſentem cartam roboravi. Acta ſunt hec anno Domini 1241. X. Kal. Iulii. Indictione XIIII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore ſecundo, feliciter.

Num. XXXVIII. Eccleſia Willemannshofen. *An. 1251.*

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Quoniam rerum geſtarum memoria diuturnitate labeſcit temporis, ſi non ſcripture amminiculo future poſteritati conſervetur: Eapropter ego *Cunradus* dictus *Spannagel*, future retributionis auctorem pre oculis habens, ſimulque honeſtum fratrum Staingademenſis Eccleſie religionem attendens, Eccleſiam in Willemannehoven iure proprietatis hereditarie ad me devolutam, pro remedio anime mee parentumve meorum, predicte Eccleſie Staingademenſi, in honorem ſancti Iohannis Baptiſte & ſancti Iohannis Evangeliſte conſtructe, libere contradidi cum iure advocatie atque preſentationis & dotis ceteriſque iuribus a me hactenus poſſeſſis; nulliſque meorum heredum liceat hanc meam donationem aliquo modo infringere vel mutare. Si quis autem hec infringere preſumpſerit, triginta marcas auri puriſſimi, medium imperiali Fiſco, reliquam partem iniuriam paſſis perſolvat. Ut autem hec predicta rata & inconvulſa permaneant, preſentem paginam ſigillo meo

pub-

publico feci communiri. Datum in caſtro Sifrid *sberc, anno gratie MCCLI. ſecundo nonarum Aprilium. H. r. t. ſ. *Roudolfus de Gozzenshuſen*, *Hainricus de Mergen*, *Hermannus de Zaizershoven filii fratris mei de Hattenberc*, *Heinricus de Irdiburc*, *Tahelin* & *Miniſter meus dictus Havener*, & alii quam plures.

Num. XXXIX. Privilegium Conradi IV. R. R. An. 1251.

Conradus divi Auguſti Imperatoris *Friderici* filius, Dei gratia Romanorum in Regem electus ſemper Auguſtus, & heres regni Ieruſalem: Tenore preſentium notum eſſe volumus univerſis fidelibus noſtris & imperii tam preſentibus quam futuris, quod nos piis & devotis ſupplicationibus Eberhardi venerabilis prepoſiti Monaſterii de Steingaden & fratrum Monachorum eiusdem, pium & benevolum preſtantes aſſenſum, Monaſterium ipſum, cum perſonis Deo ibidem famulantibus ac omnibus bonis ſuis, ſub protectione noſtra & imperii recipimus ſpeciali: ratum ex nunc & in perpetuum habere volentes omnia privilegia indulta ipſi Monaſterio a quondam Duce Welphone, cunctisque aliis felicis memorie progenitoribus noſtris, cum omnibus libertatibus que in ipſis privilegiis, ad uſum & utilitatem ipſius Monaſterii contineri noſcuntur. Quare mandamus ex parte imperiali, & noſtra, & firmiter inhibemus, quatenus nulli perſone liceat eccleſiaſtice vel mundane prefatum Monaſterium contra tenorem predictorum privilegiorum impetere aliquatenus vel aliquibus offenſionibus perturbare. Nam ſiquis contra preſentis ſcripti noſtri tenorem venire preſumpſerit, indignationem imperialem, & noſtram ſe noverit incurſurum. Pro cuius rei memoria, & robur in poſterum valiturum, preſens ſcriptum fieri & ſigillo noſtre celſitudinis iuſſimus communiri. Datum apud Auguſtam, anno Dominice Incarnationis MCCLI. menſe Februario none indictionis.

Num.

Num. XL. Eccleſia in Peitengau. An. 1255.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentem reſpecturis paginam, nos *Chuonradus* Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus, & *Bertoldus* prepoſitus in Steingaden, Auguſtenſis Dyoceſis, ſalutem in omnium ſalvatore. Sepe fit ut longinquitate temporis non appareat conditio originis. Eapropter conſultum eſt ſcriptis inſeri que quis cupit poſterorum notitie publicari. Noveritis ſiquidem, quod nos *Chuonradus* ſupradictus, cum noſtri coniventia capituli, ius patronatus Eccleſie in Bitengoev noſtre Dioceſis, cum fundo, in quo eadem ſita eſt Eccleſia, fundo, inquam, habente agros & prata, domum, reditus libre dimidie Auguſtenſis monete, a prepoſito *Bertoldo* in Steingaden eiusque Capitulo comparavimus Eccleſie noſtre, pretio ſexaginta ſex librarum Auguſtenſis monete. Quem nimirum contractum emptionis & venditionis nos ſepeſatus *Chuonradus* comparando, & nos *Bertoldus* prepoſitus diſtrahendo profitemur preſentibus peregiſſe. Nos vero Prepoſitus & capitulum in Steingaden promiſimus per ſtipulationem, ut ſi idem ius patronatus evictum fuerit, ab ipſa Eccleſia Friſingenſi auctoritate iudiciaria, non per potentatum aut violentiam cuiuspiam, dictum pretium refuſuros, & ſicubi requiſiti fuerimus, auctores venditionis laudaturos. In cuius rei teſtimonium preſens inſtrumentum propter uſum partium duplicatum confecimus, noſtri amborum noſtrorumque capitulorum ſigillorum munimine roboratum. Datum anno Domini MCCLV. VI. Idus Maii.

Num. XLI. Donatio prædii Vazeray. An. 1256.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti! Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod ego Soror *Chriſtina* Cenobii ſancte Katherine Civitatis & Dioceſis *Auguſtenſis*, predium Vazeray, in quo iure hereditario progenitoribus meis ſucceſſi,

ceſſi, quod ſitum eſt in Montanis in Dioceſi Curienſi, ſpe & fruge vite beatioris, Eccleſie in Staingadem, pro remedio progenitorum meorum, poteſtativa manu cóntuli cum omni iure ſuo. Acta ſunt autem hec anno gratie milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, ſexto Kal. Maiarum. Partem autem eiusdem predii matertera mea felicis recordationis, nomine Touta, primitus eidem contulerat Eccleſie. Donatio autem mea facta eſt Bertoldo Prepoſito memoratam Eccleſiam gubernante, preſentibus cognatis meis, videlicet: *Suigero de Mindelbere*, & *Cunrado de Mazzenſiez*, *& Heinrico*, *Hilteboldo & Cunrado fratribus de Swangou*, & aliis quam pluribus. Sed quia inſtrumentum huius donationis minus authentico ſigillo fuit tunc temporis confectum, Prepoſito & fratribus prelibati cenobii petentibus, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, quarto Kal. May, indictione quarta decima, ad confirmandam donationem prius factam, preſentem paginam hiis ſigillis procuravi roborari, videlicet Domini Epiſcopi Auguſtenſis Harmanni, & Conventus fratrum predicatorum in Auguſta, & Conventus ſancte Katharine ibidem; inſuper conſanguineorum meorum *Suigeri de Mindelbere*, *& Conradi de Mazzenſiez*, per quos etiam me proteſtor homines proprios meos predicte Eccleſie contuliſſe, quos & primitus Touta matertera mea, in eadem Eccleſia ſepulta, eidem Coenobio contulit, videlicet homines iuxta flumen quod Ezze dicitur habitantes. Proteſtor etiam hac pagina, Deo teſte, quod nec predium Vazeray, nec homines iuxta prelibatam aquam manentes *Bertoldo de Vazeray* contuli.

Num. XLII. Incorporatio Eccleſiæ Schardis. Anno 1258.

Frater *Heinricus* Dei gratia Curienſis electus & capitulum, univerſis hanc paginam inſpecturis ſalutem in Domino Ieſu Chriſto. Univer

verſitati legentium preſentibus innoteſcat, quod venerabilis *Bertholdi* prepoſiti & Conventus de Steingadime, ordinis Premouſtratenſis, Auguſtenſis Dioceſis, precibus inclinati, auctoritate ordinaria indulgemus, ut Eccleſie parrochiali de Sardis, curienſis Dyoceſis, quam per noſtram diſpenſationem poſſident, pleno iure, cum primo vacaverit, provideant in vicariis de eorum Collegio vel de Clericis ſecularibus, prout ſibi viderint expedire. In cuius rei evidentiam, preſens ſcriptum eis duximus concedendum noſtri & capituli ſigillorum munimine roboratum. Datum Curie, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo, indict. prime XV. Kal. Aprilis, per manum R. Notarii.

Num. XLIII. Evictio prædii in Peitengau. An. 1263.

Nos *Albero de Bruckberch*, univerſis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris preſens ſcriptum inſpecturis vel audituris conſtare cupimus & proteſtamur: quod nos *cum eſſemus Procurator dilecti* Domini noſtri incliti Regis *Chunradi* ſecundi *in caſtro Peytengov*, per quosdam ſubditos noſtros homines ipſius Domini noſtri Regis informati fuimus, nihilominus indicati: quod curia ſita in libera ſtrata, quam Villicus Siboto de voluntate Domini ſui *Heinrici dicti Reuter* pie memorie apud fratrem *Eberhardum* quondam Iudicem de Peytengov comparavit, ita videlicet, quod idem frater *Eberhardus* eandem curiam beato Iohanni in Steingaden & fratribus ibidem Deo famulantibus donaret, & ut dictus Villicus Siboto poſt huiusmodi liberam donationem antedicto cenobio, pro tempore vite ſue dictam curiam poſſideret; ad proprietatem Domini noſtri incliti Regis noſceretur cum ſuis adtinentiis pertinere. Nos igitur acreſcentes informationi predicte curiam impetiuimus prelibatam, prout ſeries demonſtrat preſentium litterarum. *Divulgata* vero & publicata inpetitione noſtra, ſuper curia prefata, Dominus *Berhtoldus* venerabilis prepoſitus de Staingaden, tanquam fide-

fidelis & prudens diſpenſator Eccleſie ſue, dictam curiam perdere nolens, imo ipſam patrocinio tuebatur, nec non eandem curiam coram noſtro potente Iudice, ſecundum ſententiam ydoneorum virorum, civiliter obtinuit iuris ordine in omnibus obſervato: ita videlicet, quod ad prenominatum cenobium in Staingaden poſt obitum ſepe tacti Villici Sibotonis cum ſuis adtinentiis libere pertineret. In cuius rei teſtimonium preſentem cedulam ſibi conſcribi fecimus ac noſtri ſigilli munimine roborari, ne in poſterum aliquis ſucceſſorum noſtrorum, in eadem procuratione ſuper eadem curia, dictum prepoſitum ſive ſuos ſucceſſores valeat impetere ſupradictum. Actum anno Domini milleſimo duceuteſimo ſexageſimo tertio.

Num. XLIV. Protectorium Conradini. Anno 1263.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Ego *Cuonradus* Dei gratia Hiroſolime & Sicilie Rex, ac Dux Suevie, tenore preſentium notum eſſe volumus univerſis fidelibus noſtris tam preſentibus quam futuris: Quod nos piis & devotis ſupplicationibus *Berhtoldi* venerabilis prepoſiti Monaſterii de Steingaden & fratrum eiusdem pium & benivolum preſtantes aſſenſum, Monaſterium ipſum, cum perſonis Deo ibidem famulantibus ac omnibus bonis ſuis, ſub protectione noſtra recepimus ſpeciali, rata ex nunc & imperpetuum habere volentes omnia privilegia indulta ipſi Monaſterio a quondam Duce *Welphone*, cunctisque aliis felicis memorie Progenitoribus noſtris, cum omnibus libertatibus que in ipſis privilegiis, ad uſum & utilitatem ipſius Monaſterii, contineri noſcuntur. Quare mandamus, ex parte dominationis noſtre firmiter inhibemus, quatenus nulli perſone liceat, Eccleſiaſtice vel mundane prefatum Monaſterium, contra tenorem predictorum privilegiorum, inpetere aliquatenus vel aliquibus offenſionibus perturbare. Nam ſi quis contra preſentis ſcripti noſtri tenórem venire

preſumpſerit, indignationem noſtram ſe noverit incurſurum. Pro cuius rei memoria & robur in poſterum valiturum, preſens ſcriptum fieri & ſigillo noſtre celſitudinis iuſſimus communiri. Teſtes h. r. ſ. *Volcmarus de Kominata & filius ſuus Marquardus*, *Hermanus de Haygunberch*, *Cuenradus de Suanegoro*, *Bartholomeus de Wal*, *Hermanus de Lechsberch*, *Cuonradus de Barzwile*, *Bartholomeus de Suanegov*, *Cuonradus de Lechsberch*, & alii quam plures. Datum apud Staingaden anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio, XVIII. Calendas May, indictione. VI.

Num. XLV. Donatio Conradini. Anno 1264.

Cunradus ſecundus Dei gratia Ieruſalem & Sycilie Rex, Dux Swevie: volumus patere univerſis Chriſti fidelibus per preſentes, quod curiam in Hermolaſtetin, quam *Hermanus de Hagniperch* a nobis iure feodali tenebat, nobis reſignavit, obnixe nobis ſupplicans ut eandem Eccleſie ſancti Iohannis in Staingaden conferremus. Cuius precibus benignius inclinati, dictam curiam cum omnibus ſuis pertinentiis & VII. perſonis decrevimus donare, de gratia ſpeciali, iure proprietatis poſſidendam Eccleſie memorate: dantes eidem Eccleſie ſuper hac noſtra donatione litteras preſentes impenſione ſigilli noſtri roboratas, cum Teſtium adhibitione, quorum nomina: *Dominus Eberh. Conſtancienſis Epiſcopus*, *Dominus Berhtoldus Abbas ſancti Galli*, *Abbas Campidonenſis*, *Dominus Lodwicus Dux Bawarie*, *Alb. de Prukperch*, *H. de Sevelt*, *S. de Mindelperch*, *Oul. & Marquardus de Kemnaht*, *Cunradus de Haldenperch*, *C. de Wildenrod & Alpertus de Dicezzen*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXIIII. apud Peuron Non. Iulii.

Num. XLVI. Eccleſia Niderhofen. An. 1265.

In nomine Domini, Amen. Ne facta hominum ex diverſis motibus negotiorum impoſterum de facili memoria computreſcant, ideo

deo hanc paginam conſcribi & literarum apicibus fécimus annotari. Eapropter ego *Bartholomeus de Wal* & filius meus *Renboto* notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris hanc literam inſpecturis, quod nos advocatiam ſuper Eccleſiam in Niderhoven & curiam, & dimidiam Hubam ibidem cum omnibus ſuis pertinenciis cultis & incultis, tradidimus, manu liberali, Monaſterio & Eccleſie ſancti Iohannis Baptiſte in Staingaden, iure proprietatis, omni controverſia poſtpoſita: ut autem hec rata & inconvulſa permaneant, ſigillo preſenti volumus hanc eſſe roboratam. Teſtes autem huius rei ſunt: *Dominus Hermanus de Haiginburch*, cum quo hec acta ſunt, *Ludevicus Canonicus de Steingaden*, *Dominus Rupertus de Lechſperch*, *Dominus Dietricus de Flocsdorf*, *Dominus Cuntz de Brunnun*, *Berchtodus dictus Nær Cuntz de Holzhuſen*, *Berchtoldus dictus Modil*, *Hannz Villicus de Widergeltingen*, *Berchtoldus de Dornowe*, *Andreas de Igнriet advocatus de Wal*, *Ulricus & Hainricus frater ſuus de Widergeltingen*, *Bannacher de Ummenhoven*, *Oſock de Wal*, & alii quam plures. Acta fuit hec anno Domini 1265.

Num. XLVII. Bona in Hermolſtein. An. 1265.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Ego *Berchtoldus de Schilperk* & uxor mea Domina *Guta* nec non tres filii mei, *Ulricus*, *Hainricus & Dominus C. Canonicus* Raitiſponenſis, omnibus hanc litteram inſpecturis ſalutem in Auctore ſalutis. Notum ſit univerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos de communi deliberatione prehabita, poſſeſſionem in Hermolſtein & homines ibidem nobis attinentes vendidimus Eccleſie ſancti Iohannis in Staingadem, pro nonaginta quartuor libris Auguſtenſibus. Ut autem venditio rata & inconvulſa permaneat, preſentem literam ſigillorum noſtrorum munimihe fecimus roborari. T.

autem ſ. h.: *Dominus Rudolfus Vicedominus*, *Dominus Volkmarus de Kemnate*, *Dominus Cunradus de Macenſiz*, *Dominus Kamerarius de Wellenburk*, *Dominus Snelmannus*, *Dominus Hermannus de Hegnibach*, *Dominus Cunradus de Haimreggi*, & alii quam plures: Datum Auguſte, anno Domini MCCLXV. in die beati Mathie Apoſtoli.

Num. XLVIII. Eccleſia in Schardes. An. 1268.

Omnibus has litteras inſpecturis *Svicherus de Muntalbano* & *Hilteboldus*, *Uto & Svicherus* iunior filii ipſius ſalutem in perpetuum. Ad futuram rei memoriam, noverit preſens etas & futura poſteritas, quod nos dictus *Svicherus de Muntalbano*, & filii mei predicti Hilteboldus & Uto & Svicherus, promiſimus & convenimus venerabilibus viris Manegoldo Prepoſito & Conventui in Staimgadem, concordiam inter nos & venerabilem Dominum Henricum Dei gratia Electum Curienſem, ſuper Eccleſiam in Scardes celebratam, omni tempore inviolabilem tenere & inconvulſam. Inſuper promiſimus eisdem Prepoſito & Conventui fideliter, ſine omni fraude & dolo, quod ipſos in dicta Eccleſia ab omnibus impugnatoribus diligenter & bona fide, & ſpecialiter contra *Hugonem de Muntalbano* fratrem noſtrum defendere & tueri debemus. In cuius rei teſtimonium, preſentem cedulam ſigillo predicti venerabilis Domini Electi Curienſis, & noſtro placuit roborari. Acta ſunt hec in villa Mals, in domo & in preſentia ſepefati Domini Electi, anno gratie M. CC. LXVI. feria quarta, IIII. Kal. May, indictionis none, preſentibus teſtibus *Domino Arnoldo de Liebec Canonico Curienſi*, *Domino Man de Ramuſcia*, *Svicherro de Richerberc*, *Domino Ulrico Milite de Funtanaus*, *Domino Conrado Milite*, *dicto Kinder de Mals*, *Philippo de Glurnes*, & aliis quam pluribus.

Num.

Num. XLIX. Burgrecht in Dorne. An. 1272.

Cum dilectus avus noſter *Albertus quondam Comes Tyrolenſis* dimiſerit, pro remedio anime ſue, venerabili Prepoſito de Staingadem totique Conventui ipſius loci, quoddam ius *Purchgravium*, quod in vulgari *Dorfrecht* vocatur, in quadam curia ipſius Conventus que iacet in Dorne, & quendam villicum qui Egno vocatur; Nos *Geinhardus Comes Tyrolenſis* & Coritie, nec non Eccleſiarum Aquilegenſis, Tridentine & Bruxinenſis Advocatus, ad notitiam omnium preſens ſcriptum intuentium cupimus pervenire, quod idem per nos & noſtros filios ratum & firmum volumus retinere. Ut autem huius ſcripti robur augeatur, preſens ſcriptum noſtri munimine ſigilli fecimus premuniri. Datum Tyrol. anno Domini M. CC. LXXII. tertio incurrente Octobris.

Num. L. Confirmatio Donationum. An. 1372.

In nomine Domini amen. Ne geſta hominum ſimul cum tempore tranſeant, ſolent ſcriptorum ſtudio perennari. Qua propter ego *Chonradus de Maxenſiez* omnibus hanc paginam intuentibus innoteſcere cupiens, quod omnes donationes, quas pie memorie pater meus Conradus, in remedium anime ſue parentumque ſuorum, beato Ioanne Baptiſte in Staingaden fratribusque ibidem Deo famulantibus contradidit, rathum per omnia habere decerno; & ſpecialiter curiam Hermani dicti Gevater in Niderhoven cum iam dicto H. homine meo, proprietate perpetua ſicut Pater meus, in remedium anime mee & iam dicti Patris mei, ante dictis fratribus in Staingaden poſſidendam donavi. Gratie etiam, quam bone Memorie Conradus Pater meus a iam dictis fratribus annuatim accipere conſueverat, pro qua etiam gracia ego eosdem fratres inhereditanda vexavi inpignorationibus annuis, videlicet in ſauma vini latini & duobus calciis nocturnalibus, integraliter ac penitus renuntio me de cetero eandem graciam minime

recep-

receptururm. Pro huius rei aſſertione & memoriam perpetuo tenendam preſcriptorum, tres modios ſigliginis & duos aveue mihi ſepe dictos fratres dediſſe profiteor, ipſosque fratres & homines eorum, prout valeo, a me perpetualiter defenſuros. Ne autem hec quiquam heredum meorum infringere poſſit, preſentem paginam deinde conſcriptam ipſis dedi, pro indicio & cautela ſigilli mei munimine roboratam, actum anno Domini 1273. Nonas Iunii.

Num. LI. Feudum in Wihte. An. 1275.

Univerſis & ſingulis preſentes litteras inſpecturis, *Swiger Senior de Mindelberch*, *Hainricus* eiusdem filius, preſentis & future vite proſperitatem! Ne facta hominum oblivionis devio perimantur, expedit litterarum & ſigillorum teſtimonio, pro tollenda futura ambiguitate & calumpnia, ſollempni roborare. *Es propter* noſcant univerſi, quod ego Hainricus, accedente voluntate uxoris mee, patris mei & fratris, dimidium manſum ſitum Wihte, Hainrico Villico de Widergeltingen, & Hainrico fratri ſuo *una manu feodali contuli in feodum*, taliter, ut uno eorum defuncto, alter cui moriens ipſum feodum dicaverit, ſi ius mihi debitum de eodem obtulerit, videlicet duas caligas de Sago, *eidem manum porrigere* debeo, & dicto manſu dimidio infeodare. Prefati etiam H. Villicus & Hainr. frater ſuus & eorum poſteri, ad quos iure hereditario predictus dimidius manſus devolutus fuerit, pro neceſſitate & libito, ſalva iure meo pretaxato, vel poſſint vendere vel dicare quibus volunt, ita tamen quod *ſemper duo ſint ipſum feodum tenentes* modo predicto. Ut autem preſcripta magis ſint firma, teſtes placuit annotare qui facto prelibato interfuerunt: *Swigerus Pater meus, Swigerus frater meus dicti de Mindelberh, Dominus C. de Sgarmennekke, Dominus Iohannes de Gabelsſin, Dominus B. de Rieden, Geb. Miniſter de Mindelh. Abel Prepoſitus de Mindelberch,*

berch; *H. dictus Lonchelin*, & alii per plurimi. In memoriam itaque preſcriptorum, preſentes confici placuit & ſigilli mei robore communiri. Actum & datum Mindelberch, anno Domini M. CC. LXXV. quinto Kal. Martii.

Num. LII. Donatio curiæ in Becſteten. An. 1275

In nomine Domini, Amen. Ut geſta modernorum ſuis poſterioribus argumento veritatis lucidius pandantur, idcirco hanc paginam conſcribi & ſigillorum munimine decrevimus roborari. Eapropter, ego *Bartholomeus de Wal & Hermannus* filius meus notum facimus omnibus tam preſentibus quam futuris preſentem paginam inſpecturis, quod nos ius noſtrum, quod habebamus in curia Becſtetin, iure proprietario, ſine omni controverſia, donavimus Eccleſie ſancti Iohannis in Steingadem. Inſuper notum fieri volumus omnibus preſentem literam intuentibus, quod Dominus *Renboto de Wal*, ſimili modo ſicut Pater noſter & frater, ius ſuum, quod ſibi fuit ſpeciale ab hereditate ſue Matris, & ius quod ſibi commune fuit cum Patre & fratre, ſine omni contradictione, donavit iure proprietario iam dicte Eccleſie in Staingadem. In huius rei teſtimonium inducimus Teſtes: *Loudowicum Canonicum de Steingadem huius littere confectorem*, *Dominum Roupertum de Lechſperch*, *Dominum Counradum de Prunnun*, *Berhtoldum de Wal*, *Counradum dictum Prenner*, *Oulricum de Diezon*, *Heinricum Villicum de Widergeltingen*, *Fridericum de Wal*, & alii quam plures. Ut autem hec rata & inconvulſa permaneant, ſigillo noſtro preſentes roboramus. Acta ſunt anno Domini MCCLXXV.

Num. LIII. Prædium in Becſteten. An. 1275.

In nomine Domini, Amen. Ne facta hominum, que geſta fuerunt a prudentibus, oblivio conſumat, litterarum indiciis ac ſigillorum munimine debent roborari. Inde eſt, quod nos *Wolt-*

marus Chamerarius de Chemenat notum facimus tam preſentibus quam futuris univerſis preſentem paginam inſpecturis, quod curiam in Becſtetin nobis a dilecto avunculc noſtro *Bartholomeo de Wale*, nomine Domini *Eberhardi de Phorzhein* iure proprietario donatam & traditam, ad petitionem ipſius *Eberhardi Milotis de Phorzhain*, Monaſterio ſancti Iohannis Baptiſte de Steingadem, omni iure quo ipſam tenuimus, cum omnibus ſuis pertinentiis cultis & incultis, duximus donandam. In huius rei teſtimonium & robur firmitatis, preſentes ſigillo noſtro eidem Monaſterio donavimus roboratas; habebamus, ad hoc faciendum, conſenſum puerorum Domini *Eberhardi* memorati. H. r. t. ſ. *Oul. Capellanus de Chemenat*, *Marq. Notarius de Chemenat*, *Ch. prepoſitus de Routlandsriet*, *H. prepoſitus de Calhoun*, *R. de Richenbach*, *H. Villicus de Widergeltingen*, *H. dictus Mutingar*, & alii quam plures. Acta ſunt hec apud Perhtaldshauſen, anno Domini MCCLXXV. XIIII. Kal. Marcii.

Num. LIV. Curia Hermanſtetten. An. 1277.

In nomine Domini, Amen. Ego *Oulricus Marſchalcus de Schilperch*, tenore preſentium profiteor & notum facio univerſis tam preſentibus quam futuris, quod venditionem curie in Hermanſteten nec non hominum adtinentium eidem, quam Pater meus felicis memorie cenobio in Staingadem fecit, ſicut in ſuis ſuper hanc datis lucidius patet inſtrumentis, accedente conſenſu & voluntate *Perhtoldi* dilecti filii mei, approbavi & preſentibus firmiter approbo & confirmo; renuncians inpoſterum, pro me & dicto filio meo, omni actioni & iuri, ſi quid in ipſa curia mihi competere videbatur, ſimpliciter & preciſe. In cuius rei teſtimonium & roboris firmitatem preſentem cedulam ſigilli mei nec non ſigillorum amicorum meorum, ſcilicet Dominorum *Berhtoldi de Wittoldshove* Canonici Auguſtenſis, *Winhardi de Rorbach* &

Wich-

Wicknandi de Irinſpurch, qui ſuper actione, quam eidem cenobio in ipſa curia movebam, inter me ac Prepoſitum eiusdem loci mediatores ſeu arbitratores de noſtra electione amborum & conſenſu exſtiterunt, munimine cum ſubternotatis teſtibus diſpoſui roborari. Teſtes autem ſunt: *Oulricus de Wittoltshove*, *Chounradus & Ch. Hermannus & Otto filii eiusdem*, *Heinricus de Ploukdorf*, *Heinricus Snucherviſt*, *Bertoldus de Cam. Wittegaus de Daivingen*, *Geruterius*, *Oulricus dictus Woper*, *Milites*, & alii quam plures fide digni. Actum anno Dominice Incarnationis MCCLXXVII. in die ſancte Marie Magdalene, hoc eſt XI. Kal. Auguſti, apud Clauſtrum dictum Pollingen.

Num. LV. Immunitas a Teloneo in Schardes. An. 1281.

Geſta hominum memorie digna ſolent litteris & teſtibus perhennari, ne diuturnitate temporis ducantur in calumpniam aut errorem. Eapropter nos *Meinhardus Tyrolis & Goritie Comes*, Aquilegenſis, Tridentine & Prixinenſis Eccleſiarum advocatus, univerſis tam preſentibus quam futuris, ad quorum audientiam preſens ſcriptum pervenerit, declaramus, quod *Heinricus de Monternic* fidelis noſter veniens coram nobis filius quondam *Utonis de Schardes*, pro ſe & *Utone* fratre ſuo & eorum heredibus univerſis, ad manus noſtras libere & voluntarie reſignavit theloneum de vino Monaſterii ſancti Iohannis in Steingadem, quod habet in Schardes, de quo annuatim de qualibet ſagma videlicet X. ſolidos Veronenſium parvulorum accipere conſueverunt; quod theloneum a progenitoribus noſtris & nobis ac noſtro fratre habuerunt in feodum. Nos igitur eorum reſignationi ſeu ceſſioni adhibentes conſenſum, pro nobis & omnibus heredibus noſtris, predicto Clauſtro theloneum ipſum, propter Deum & animarum noſtrarum ac liberorum noſtrorum ſalutem, duximus remittendum, ut de

cetero a ſolutione prefati thelonei omnino ſit liberum & ſolutum. In cuius rei teſtimonium & memoriam evidentem, ne de cetero predictum theloneum a memorato cenobio per Theloneatios noſtros vel heredum noſtrorum aliquatenus exigatur, preſentes eidem Clauſtro dari iuſſimus noſtri & prefatorum fratrum ſigillorum munimine roboratas. Teſtes omnium preſcriptorum ſunt: *Swikerus de Richenberch*, *Heinricus de Rotenberch*, *Chounradus Vuhſtlinus*, *Heinricus de Meranga*, *Berhtoldus Tarandus*, *Otto de Choungeſperch Milites*, *Berhtoldus Tarandus*, *Utlinus de Standeſperch*, *Eberhardus Purchravius*, *Hupaldus de Laas*, & plures alii fide digni. Acta ſunt hec in caſtro Tirol, anno Domini MCCLXXXI. die Dominico VII. intrante Decembr. indictione decima.

Num. LVI. Prædium Traunricht. An. 1282.

In nomine Domini, Amen. Nos *Hainricus de Mindelberch* omnibus Chriſti fidelibus preſentes intuentibus ſalutem & notitiam ſubſcriptorum. Temporis ſucceſſus perimit geſta fidelium, niſi firmo vallentur amminiculo litterarum. Huius rei gratia noſſe volumus univerſos, quod nos curiam unam predii noſtri in Traunricht, quod ad noſtros predeceſſores de Mindelberch pertinuit ab antiquo, tam ex debiti obligatione quam honeſte ſue, Domini *Wernhardi de Hurenberch*, petitionis ob inſtantiam, Monaſterio ſancti Iohannis in Staingadem, iure dominii nec non cum proprietatis titulo, quod nobis competebat, de eadem tradidimus perpetuo ad fruendum. In cuius rei teſtimonium conſcribi preſentes volumus & ſigilli noſtri Karactere communiri. Datum Mindelhaim, anno Domini MCCLXXXII. in vigilia ſancti Andree Apoſtoli.

Num. LVII. Curia in Wichte. An. 1284.

In nomine Domini, Amen. Ne ea que fiunt in tempore oblivionis caligine videantur obfuſcari, expedit ea ſcripturarum ac te-

teſtium ſubſidiis perhennari. Noverint igitur tam preſentis vite homines quam futuri hanc paginam amodo inſpecturi, quod ego *Wernhardus de Hurrvenbach* vendidi curiam meam ſitam in Wichte cum omnibus ſuis attinentiis, Eccleſie ſancti Iohannis Baptiſte in Staingadem, liberam redditunm dominorum, quod vulgariter dicitur *Herrengult*, pro duodecim libris Auguſtenſis monete, quibus videlicet bonis ego fueram infeodatus a Domino *Oulrico nobile de Aichhain*, qui eandem infeodationem, pro remedio anime ſue, ad mee inſtantiam petitionis, tradidit Eccleſie iam predicte. Quod ſi ipſam Eccleſiam iam ſepedictam ab aliquo ſuper hiis contigerit infeſtari; quatuor inſtitui fideiuſſores, ſcilicet filios meos, ſeniorem *Counradum* & iuniorem *Counradum*, & *Counradum dictum Huſer*, & *Counradum Miniſtrum de Phaffenhuſen*, qui fide data vice iuramenti laudaverunt plenarie, ſi ſuper premiſſis aliqua fuerit leſio ſuborta vel gravamen, plenarie ſepedicto Monaſterio ſatisfaciant. In huius rei teſtimonium preſentem cedulam iuſſi conſcribi & ſigillo Domini *Hainrici de Mindelberc* communiri, quia ſigillum proprium non habeo. Acta ſunt hec anno MCCLXXXIIII. T. h. r. ſ. Fideiuſſores iam premiſſi, & Dominus *Dietricus prepoſitus in Staingadem*, *Roudolfus & Ludwicus & Rudegerus ſacerdotes ibidem*, *Hainricus Villicus in Widergeltingen*, *Hainricus Villicus in Sybenaich*, *Hainricus frater Villici*, *Oulricus Hezzer*, & alii quam plures.

Num. LVIII. Bona in Becſtetten. An. 1284.

In nomine Domini amen! Ne ea que fiunt in tempore oblivionis caligine videantur obfuſcari, expedit ea ſcripturarum ac teſtium ſubſidiis perhennari. Noverint igitur tam preſentis vite homines quam futuri hanc paginam amodo inſpecturi, quod ego *Counradus de Haldinberch* vendidi bona mea ſita in Becſtetin cum omnibus ſuis attinentiis, Eccleſie ſancti Iohannis Baptiſte in Steingadem, liberam redditıuum dominorum, pro tredecim libris Augu-

ſtenſis monete; quibus videlicet bonis ego fueram infeodatus a Domino *Marchione de Burgowe*, qui eandem infeodationem, pro remedio anime ſue, ad mee inſtantiam petitionis, tradidit Eccleſie iam predicte. Quod ſi ipſam Eccleſiam iam ſepedictam ab aliquo ſuper hiis contigerit infeſtari, ſex inſtitui fideiuſſores ſcilicet *Patrem meum Counradum de Haldinberch*, *Engilſcalcum fratrem meum*, *Hermannum filium meum de Sibenaich*, *Hainricum de Niſenaich*, *Bertholdum de Berga*, qui fide data vice iuramenti laudaverunt, ut ſi ſuper permiſſis aliqua fuerit leſio ſuborta vel gravamen, duo ipſorum fideiuſſorum, qui ad hoc fuerint moniti, in Civitatem Auguſtam, ſub nomine obſidii, ſe preſentent, inde non exituri donec plenarie de ſingulis ſatisfiat. In huius rei evidens teſtimonium preſentem ſcedulam iuſſi conſcribi & ſigillo proprio ac patris mei communiri. Acta ſunt hec anno Domini M. CC. LXXXIIII. Teſtes huius rei ſunt: fideiuſſores iam premiſſi, venerabilis Dominus Prepoſitus *Loudowicus de Roggenburch*, *Oulricus Prior ibidem*, *Roudolfus*, *Loudewicus Sacerdotes de Steingadem*, *Bertholdus Tegifer*, *Bertholdus de Url*, *Counradus Cerrimantel*, *Roudolfus Rieder*, *Roudolfus de Lenquart*, *Hainricus Villicus de Widergeltingen*, *Hainricus Villicus de Sybenaich*, & alii quam plures.

Num. LIX. Remiſſio nexus feudalis. An. 1284.

Nos *Heinricus Marchio de Burgawe* notum facimus & conſtare volumus preſentium inſpectoribus univerſis, quod proprietatem poſſeſſionum ſeu bonorum in Bechſteten, que a nobis *Counradus de Haldenberch* in feodo tenuit, Monaſterio & Conventui in Staingaden tradidimus & aſſignavimus perpetuo libere poſſidendam. In cuius rei teſtimonium preſentes conſcribi fecimus noſtri ſigilli robore communitas. Datum & actum Albethgen, anno Domini M. CC. LXXXIIII. VIII. Kal. Martii.

Num. LX. Incorporatio Eccleſiæ Urſingen. An. 1284.

Hartvicus Dei gratia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus, univerſis preſentium inſpectoribus ſalutem in Domino! Ut res preſertim digne memoria oblivionis devio non perimantur, expedit eas ſcripture & teſtium ſubſidiis adiuvare. Cuius rei cauſa, notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, cum ius patronatus Eccleſiarum in Vrſſingen ſuperioris & inferioris, dilectis in Chriſto .... Prepoſito & Conventui Monaſterii in Staingadem pertineat pleno iure; quod nos, de capituli noſtri unanimi conſilio & aſſenſu, propter grata & fidelia ſervitia ab ipſo Monaſterio nobis & Eccleſie noſtre plurius impenſa, predictis ... Prepoſito & Conventui nunc & in poſterum cupientes pie in Domino providere, Eccleſias antedictas Vrſſingen videlicet ſuperius & inferius, cum omnibus ſuis attinentiis, eisdem ... Prepoſito & ſuo Conventui donamus & donavimus tam in ſpiritualibus quam in temporalibus regendas perpetim & tenendas: ita tamen ut ad regimen ipſarum Eccleſiarum Clericos de eorum Collegio vel ſeculares idoneos nobis & noſtris ſucceſſoribus pro Vicariis inſtituendos repreſentent, quibus etiam in prebendis ſic honeſtis provideant, ut Epiſcopis Auguſtenſibus, Archidiaconis & Decanis loci, in iuribus, obedientiis debitis & conſuetis, valeant reſpondere. In cuius noſtre donationis evidens teſtimonium & perpetuam firmitatem, preſentes noſtro & Capituli noſtri ſigillis fecimus communiri. Actum & datum Auguſte, anno Domini M.CC.LXXXIV. VI. non. Iulii.

Num. LXI. Curia in Becſtetten. An. 1286.

Ne geſtorum veritas oblivionis devio perimatur, expedit eam ſcripture aminiculo ſolidari. Noverint igitur univerſi tam preſentes quam futuri, quod nos *Wernherus* Prior in Mintelhaim fra-

trum

trum Heremitarum ordinis ſancti Auguſtini, de noſtri Conventu unanimi conſenſu, prehabito conſilio ydoneo & maturo, tum propter multiplicem nobis penuriam imminentem, tum propter noſtrorum edificiorum, que per ignem fuerunt deſtructa, omnimodis reformationem, ac aliorum noſtrorum gravaminum neceſſariam ſublevationem, Cenobio in Steingade vendidimus, pro VII. libris & V. ſolidis uſualis monete, quoddam curtile, quod quarta pars manſus vocatur, in Pecſteten ſitum, iure proprietatis libere ſicut nos antea vere tenueramus, deinceps perpetuo poſſidendum; tali conditione interpoſita & adiecta, ut ſi quis dictum Coenobium pro predio tali apud nos empto, auſu temerario qualitercumque, quod abſit, impetere cogitet vel infeſtare, nos circa iudicium, ubicumque fuerit neceſſe, huiuſmodi impulſum plenarie defendere teneamur. Ut autem hee permaneant inconvulſa, nec a noſtris ſucceſſoribus aliqualiter impetantur, preſentem litteram fecimus conſcribi ac ſigillorum noſtrorum nec non noſtri *fundatoris Domini Henrici de Mindelberch* iuſſimus conſignari. Teſtes ſunt: *Dominus Henricus de Mindelberch*, *Henricus de Chamloch*, *Hermannus de Inngenried*, & alii fide digni. Datum apud Mindelhem, anno Domini M. CC. LXXXVI. quarto Kal. Octobris.

Num. LXII. Bona in Ephach. An. 1286.

In nomine Domini amen! Cum res geſte per ſcripture teſtimonium oblivionis non incidant detrimentum, nos igitur *Georgius & Hainricus de Swanegov, Romani regni Miniſteriales*, preſentibus profitemur & profitendo notum facimus univerſis hanc paginam inſpecturis, quod cum bona deliberatione nec non de conſenſu omnium parentum noſtrorum tam preſentium quam futurorum, venerabili Domino Dietrico Prepoſito totique Conventui Ecleſie in Staingadem, bona noſtra que habuimus in villa dicta Ephach, tam culta quam inculta, cum paſcuis, agris, pratis, nemoribus,

bus, iure proprietatis pleno vendidimus pro viginti duabus libris denariorum nobiſcum euncium ſeu accipiendorum; titulo vendicionis tradendo, & ius nihilominus quod in prenotata villa habuimus liberrime reſignando, prefatoque Conventui tribuendo. Fatemur preterea quod ſepedicto Conventui ius Patronatus Eccleſie in villa predicta Ephach cum dote & aliis ſuis pertinentiis, videlicet advocatia & *iudicio villano*, pleno iure proprietatis vendidimus, tenendum, fruendum & iugiter poſſidendum. Ne igitur quis contra eos malignis caſibus ſuper bonis rite & rationabiliter eis venditis inſurgere valeat vel oriri, preſentes dedimus ſubſcriptione teſtium & ſigilli noſtri munimine roboratas. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXXXVI. Teſtes huius ſunt: *Dominus Decanus de Fouzen*, *Hainricus de Weſſisbrunne*, *Prepoſitus Domini Epiſcopi de Auguſta*, *Counradus de Hergersbach*, *Dipoldus*, *Hainricus dictus Walder*, *Oulricus Cives de Fuzen*, *Marolfus Prior*, *Eberhardus Cuſtos*, *Hainricus Claviger*, *Marquardus Bolſter*, *Hermannus villicus in Hornne*, *Counradus villicus in Waltenhoven*, *Roudegerus villicus de Ephach*, *Eberhardus Bawarus*, *Engelſchalcus frater ſuus*, & alii quam plures.

Num. LXIII. Bona in Druhgou. An. 1287.

In nomine Domini amen. Nos *Hermannus* divina permiſſione Abbas & Conventus Monaſterii Faucenſis, ordinis ſancti Benedicti Auguſtenſis Dioceſis omnibus Chriſti fidelibus ſalutem ſinceram cum notitia ſubſcriptorum. Ad futuram poſteritatem id circo rerum geſtarum memoria eſt propaganda, ne litigandi materia conſurgat, ex oblivione generata. Huius rationis cauſſa ſciant ſinguli & univerſi, cum graviſſimo premeremur onere debitorum & *uſuras immoderatas Iudeis* ſolvere cogeremur, nec eſſent aliqua, que diſtracta ſufficerent voragini ad ſolutionem predictorum; quod nos matura deliberatione prehabita bona noſtra videlicet manſum

unum in Lulleſperch, & dimidium in Druhgou ſitum Monaſterio noſtro titulo proprietatis pertinentia, omni iurisdictione quibus nobis conpetebant in agris, pratis, paſcuis, in virgultis, frutectis aquis, exitibus, regreſſibus, viis & inviis, venerabili Monaſterio ſancti Iohannis in Staingaden ordinis Premonſtratenſis, Auguſtenſis Diocesis iuſto legalique emptionis foro, pro viginti una libra veterum denariorum monete Auguſtenſium, tanquam libera & ſoluta bona, nullo Advocato ſpectantia, dedimus ad emendum: renuntiantes hiis in ſcriptis, omni actioni & querimonie iuris Eccleſiaſtici & Civilis, omni beneficio legum, & Canonum, omni exceptioni in genere & in ſpecie, omnibus literis impetratis vel impetrandis, precipue autem exceptioni non numerate pecunie, & univerſaliter cunctis, que prefatam venditionem irritare, revocare, aut aliquo modo poſſunt impedire. Ut igitur preſcripta venditio illeſa conſervetur, conſtituimus *Georium de Swanegow, & Petrum Advocatum in Scongon* in ſolidum nomine dicti Monaſterii noſtri certos fideiuſſores; profitentes nos ius advocatitium Regie Maieſtati vel ſuis officiatis qui pro tempore fuerint, quod a memoratis bonis ſolitum fuit dari, per nos ſingulis annis ab aliis poſſeſſionibus noſtris propenſius perſolvi. Super quibus imperpetuum tenendis, obligamus ſepe dictum Monaſterium noſtrum ad damna & intereſſe, ſi quam evictionem legitimam in prehabitis bonis antefatum Monaſterium ſancti Iohannis fuerit perpeſſum. In quorum teſtimonium & cautelam ne prelibatus contractus nullis valeat machinamentis irritari, preſens inſtrumentum karactere noſtrorum ſigillorum de vera conſcientia confectum fecimus fideliter roborari. Datum apud Fuſzen anno Domini 1287. 9. Kalendas Iunii. Teſtes ſunt hii: *Engelſchalcus dictus Baver. Richardus, Ulricus Piſcator, Otto filius Bavari de Swongou, Ulricus Cocus, Rudegerus in Egge, Villicus de Monte, Hainricus & Cunradus fratres de Lulleſperch, Berhtoldus de Tytenkuſen*, & alii quam plures fide digni.

Num.

Num. LXIV. Curia in Gebreme. An. 1288.

Univerſis preſencium inſpectoribus quibus hoc ſcriptum oſtenſum fuerit, *Dietricus de Horne* rei geſte cauſam in ſincera ſalute. Litigandi materia prevenitur, quando contractus modernorum literali memoria poſteris provide demonſtrantur. Eapropter auribus cunctorum pateat, quos noſſe fuerit opportunum, quod propter magna mihi nunc dampna gravius imminencia, ex meorum pondere debitorum, curiam meam in Gebreme ſitam, videlicet dimidium manſum, dedi rationabiliter, iuſto legalique vendicionis foro, Monaſterio ſancti Iohannis in Staingadem pro ſeptem libris & quinque ſolidis, veterum denariorum monete Auguſtenſis ad emendum; accedente ſuper iis aſſenſu & voluntate Domini *Hainrici de Swanegou*, cui titulo pertineo proprietatis nec non favore bono cunctorum meorum heredum. Volens igitur memorato Monaſterio de futuris dampnis precavere, teneor prout certiſſime ſpopondi, & volo, cum manu Domini *Reinbotonis de Wale*, a quo prelibatam curiam poſſedi iure feodali, vel ſi ab aliis perſonis qualitercumque nominentur, aliqua vexatio nociva ipſi oriatur Monaſterio, litteris veridicis ſuper hac datis, ſuisque ſigillis interclufis, procurare, ut iam dictum Monaſterium, iure proprietatis, ipſam curiam perpetuo, uſibus quietis, tota iurisdictione prout mihi competebat, debeat poſſidere. Ad maximam itaque in hiis habendam cautionem, ne prefatus contractus valeat infirmari, honoratus Dominus *Hainricus de Swanegou*, nomine meo, curiam ſuam in Aſchabere, in qua Hainricus dictus Linge reſidere cognoſcitur, ipſi Monaſterio duxit obligare, quousque premiſſa ſingula & univerſa per me integraliter fuerint expedita. Nihilominus in preſcriptorum obſervantiam, ut eadem venditio in ſuo robore perſeveret, pro me conſtituo, *iuxta regalia & communia iura provinciarum* has perſonas certos Warandos ac

 debi-

debitores ſcilicet Dominum *Hainricum de Swanegou*, *Couiradum de Husen*, & *Hainricum de Endeſtunſtet*, ad ſecludendam omnem fraudem. In quorum teſtimonium evidens & probatum, preſentem paginam ſigillo ſepiſſime dicti Hainrici de Swanegou, quia proprio careo, impetravi roborari. Datum in Fueſzen anno Domini M. CC. LXXXVIII. II. nonas Aprilis.

Num. LXV. Venditio larga. An. 1289.

In nomine Domini amen. Univerſis preſentium inſpectoribus Frater *Fridericus Wildergrave*, Magiſter domus templi in Alemania & in Sclavis ſalutem cum noticia ſubſcriptorum. Cum humana memoria fragilis ſit & caduca cautumque eſt, ut hec que tranſeunt impoſteros ſcriptis & teſtibus conſerventur: noverint igitur univerſi, tam preſentes, quam poſteri, quod nos bona deliberatione prehabita & communi conſenſu fratrum in *Moſprunen* honorabilibus viris ... Prepoſito totique Conventui in Staingaden, ordinis Premonſtratenſis Auguſtenſis Dioceſis, vendidimus, tradidimus atque donavimus titulo proprietatis curiam noſtram in antiqua Civitate Schongaw ſitam, cum omnibus ſibi attinentiis & dimidiam Houbam in eadem Civitate iacentem, & quidquid nobis ibidem de iure cedit, cum viginti quatuor ſolidis denariorum Auguſtenſium cenſualium, duas Curias in Warenberch, duas Curias in Brugge, Curiam villicalem in Diethilrieth cum iure patronatus Eccleſie ibidem, cum duobus nemoribus dictis bonis pertinentibus, duas Curias cum quatuordecim ſolidis denariorum cenſualium in Chuzenchoven, tres Curias in Ellenchoven, omni iure ſicut fuimus hactenus poſſidentes, ſive fuerint predicta bona culta aut inculta, queſita, aut inquiſita, ſilvis, pratis, paſcuis, aquarum decurſibus; exceptis hominibus; pro ducentis & vigintiquinque libris denariorum Auguſtenſium, quam peccuniam confitemur nos recepiſſe ab eisdem & in utilitatem domus noſtre integraliter conver-

vertiſſe, perpetuo poſſidenda. Et ad huius vendicionis noſtre obſervacionem, omnium premiſſorum ratihabitionem, nos & ſucceſſores noſtros imposterum obligamus ſcriptis preſentibus bona fide per verborum legitimam ſtipulationem; renunciantes circa ipſam & quodlibet ex eisdem, tam pro nobis quam pro noſtris ſucceſſoribus, Beneficio reſtitutionis in integrum, litteris a Sede Apoſtolica vel aliunde impetratis aut etiam impetrandis, exceptione doli, quod metus cauſſa, omni beneficio cuiuscunque fori Eccleſiaſtici vel Civilis, omnibus conſtitutionibus editis vel edendis, auxilio cuiuscunque conſuetudinis generalis vel particularis, & generaliter omni ſuffragio, tam in genere, quam in ſpecie, quo mediante ea que dicta ſunt, vel ipſorum quodcunque poſſent, quovis ingenio violari. In cuius itaque donationis teſtimonium preſentes conſcribi voluimus & ſigillorum venerabilis Domini Wolfhardi Auguſtenſis Eccleſie electi & confirmati, & noſtri munimine roborari. Huius rei teſtes ſunt: *Frater Dietricus de Morſpach*, gerens vicem predicti Magiſtri, *Frater Heinricus Comendator domus in Moſbrunnen*, *Frater Eberſwinus Comendator domus Theutonice in Mergentheim*, *frater Conradus de Ratispona ordinis eiusdem*, *Dominus Fridericus Rector Eccleſie in Schongaw*, *Petrus Advocatus ibidem*, *Heinricus frater ſuus*, *Rupertus de Ezzelingen*, *Hermannus Monetarius*, *Rudegerus Hoſpes Cives in Schongaw*, *Magiſter Conradus Phiſicus*, *Herbortus Cives Auguſtenſis*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Do. 1289. VII. Idus Decembris.

Num. LXVI. Curia in Huſen. Anno 1289.

Bi diſer Schrifte ſie kunt getan, allen den, die diſen Brief horent leſen; daſs wir *Counrad*, *Roudolf*, *Dietmar Gebrieder geheizen von Liechtenowe*, haben verkofet dem Brobeſt, und dem erſamen Cloſter ze Steingaden ſancte Iohannis unſern Maierhofe ze Huſen, unde die Mulin ze Huſen, und einen Hof ze Ringolz-

gotzriet ze rechter Aigenſcheffte, mit allem dem Rechte, daz da zue gehöret, unde wellen wir drie Gebrouder dez Goutes rechte Geweren ſin, als ein Man ſines rechten eigens ſol ſin Gewer. Alſus ob daz Gout in den Zilen anſprachich wirt, ſo ſol daz Gotzhuſe unde der Brobeſt von Staingaden Recht nemen, an der Stat, da man durch Recht ſol Recht nemen. Ware daz daz die drie Gebrueder daz Gut nit unanſprachig machdin, darüber han ſie geſezet, ſechs Burgen, *Herre Heinrich den Marſcalch von Mazenſies*, *den Herren Heinrich und Herren Cunrat Gebrouder von Angelberch*, *Heinrich den Meringer*, *Heinrich von Niſtenach*, *Roudolf iren Vetern*. Swie ſie dizze Gout nicht richtich und unanſprachig machetin, ſo ſulen ſich zwen Burgen, ſwele zem erſten gennet werden, die ſullen ſich antwurten in die Stat ze Mindelheimb oder inne ein *ander dez Kuniges* Stat, ze rechter Geſelſcheffte, unde ſullen nimmermer dannan komen, e *dem Goteshuſe* daz Gout richtig wert gemachet, ſwie aber daz nit geſchit in einem Manot, ſo ſulen ſich zwen zoe den erſten zwen antwurten: ob ez dennoch nit richtich wirt gemachont in einen Manot, ſo ſulen ſich die ſechs alle zo zenandern antwurten, hinuz dizze Dinch werde ganzlichen richtich gemachet. Ob aber daz geſchehe, daz der Burgen einer verfare, ſo ſol man ein ander an ſinen Stat ſezzen, einen als erebaeren, und och ob der Burgen etelichter nit mach ſich antwurten, ſo mach er einen andern an ſine Stat ze Geſell ſetzen, der ſie ein erbaer Man. Daz aber dizze Dinch feſte und ſtate belibèn, darüber wellen wir diſen Brief feſtewun, unde verinſigeln mit unſern Inſigeln, und mit dez Herrn *Heinriches* Inſigel von Mazenſiez, und mit *Heinriches von Angelberch*, die ander Burgen binden ſich, under diu drin Inſigel. Wir veſtenen ouch diſen Brief mit dez Conventes Inſigels ze Mindelheimb, da dizze Dinch geſchach. Darüber ſin Gezinge, *Herre Werenhart von Hurenbach*, *Cunrat von*

Hei-

Heimenegge, *Werenherus Stritberch*, *Hainrich der Rieder*, *Sifridus der Marſchalt von Mazenſiez*, *Counrat von Huſen*, *der Maier von Widergeltingen*, *Engelſchach der Baier*, und ander biderbe Liute, Phaſent unde Leien: Dizze Dinch geſchach von Gotes Geburte 1289. an dem Suntage vor der Liechte Miſſe unſern Frowe ſancte Marien.

Num. LXVII. Appropriatio curiæ in Riglotsriet. Anno 1291.

Ich *Hainrich von Mindelberch und Hainrich von Meringen* tun chunt allen den, die diſen Brief leſent, hörent und ſehent gagenwertigck, oder kunftig, daz *Ulrich von Berwang* hat ze kauffen gegeben ſant Iohanns und dem Gotzhaws ze Staingaden den Maierhof ze Riglozriet mit allen ſinen Rechte ze Holz und ze Velde geſuchtzt und ungeſuchtz, und wan darſelben gutez Aigeſchafft min *Hainrichs von Meringen*, und miner vodern ie waz, davon ſo nam ich ez von Im in min Hant uf, und darumbe, daz diu Aigenſchafft mit gantzen, vollem und allem Rechte daz vorgenante Cloſter angeviele, da wart mir *Hainrich von Mindelberg*, daz Gut gegeben, und beitlin ich und *Hainrich von Meringen* ze gantzer Veſtunge haben dieſelben Aigenſchafft dem vorgenanten Gotzhaws gegeben: unirretlichen und uriliche immermere ze habend. Derſalben Gabe und Kaufes iſt Gewer *Ulrich von Berwange* ſaelbe, der och dez Gut verkaufet hat. Dez ſint Geziuge und Burgen nach Landes und aigens Rechte: Ich *H. von Mindelberch*, *und H. Wernhart von Hurenbach*, *Walther von Berwange*, *Hans von Sunthofen*, *Hainrich der Rieder*, *Sifrit H. Diettrichs Sun*, *Hanns von Breitenbrune*. Und daz diu Geſchichte immermere ſtaete, und veſte unzerbrochen und unverboeſert belibe, ſo hiez wir ſchriben diſen Brief gefertigot, und geveſtenot mit unſern beder Inſigel.

ſigel. Dò daz geſchach, do waz von unſers Herr Geburt 1291. Iar, und war G. Suntagk.

Num. LXVIII. Appropriatio curiæ in Gebreme. Anno 1291.

In nomine Domini, Amen. *Reinboto Miles de Wale & Herinhartus frater eius*, univerſis preſentium inſpectoribus noticiam ſubſcriptorum. Facile memorie commendantur, que litterarum apicibus poſteris reſervanda tranſmittuntur. Noverint igitur univerſi tam preſentes quam futuri, preſens ſcriptum intuentes, quod nos communi conſenſu ac bona deliberatione prehabita, dimidiam Houbam in Gebreme ſitam, nobis iure proprietatis attinentem, que annuatim ſolvit X. ſolidos denariorum uſualis monete, quam *Dietricus de Horne* a nobis in feodo tenuerit, ac eam nobis ad manus noſtras voluntarie reſignaverit, omni iuri, quod ipſum in Houba predicta attinere videbatur penitus renunciando: nos etiam omni iure, ſicut eam hactenus fuimus poſſidentes cum omnibus ſibi attinentiis, omni iure noſtro in Houba iam ſepedicta & omnibus ſibi attinentibus, libere & preciſe renunciantes, eam Eccleſie ſancti Iohannis Baptiſte in Staingaden, ob remedium anime noſtre ac omnium parentum noſtrorum, contulimus ac donavimus, iure proprietatis perpetuo poſſidendam. In cuius rei teſtimonium pereñne & cautelam preſentem paginam fieri iuſſimus, ac ut hec noſtra ordinatio firma & ſtabilis in poſterum perſeveret, preſentes ſigillorum noſtrorum munimine fecimus fideliter roborari. H. r. t. f. *Dominus Sifridus Marſchalchus*, *Dominus H. Marſchalchus*, *Dominus Wernhardus Miles de Huerenbach*, & *H. de Ramleck*, & alii quam plures. Datum & actum Dourenkain in curia villicali, anno Domini MCCXXXXI. in vigilia Purificationis ſancte *Marie* Virginis.

Num. LXIX. Curia Kuzinkofen. Anno 1293.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Amen. Ich *Eberhart von Phluchtorf* tun kunt, und urkunden mit diſer gagenwertigen Schrifft allen den, die diſen Brief leſent, horent oder ſehent, daz ich meinen Hof ze Kuzincouen, der mun recht aigen war, han ze chauſen gegeben dem Kloſter ze Staingaden mit allem dem Recht, als ich in het, und han ich und min Brueder aufgegeben, und uns verzigen für uns und alle unſere Erben, aller der Rechten, daz wir an dem vorgenanten Gut heten, und daz daz vorgenante Kloſter mit ganzen Rechte ze rechten Aigen an allen Kriech und an alle Anſprache vor allen maniklich gerubeclich immer mer mug gehan, der bin ich Gewer nach Landes Rechte, und derſelben ſint auch Gewer und Burgen nach Landez Rechte, *Herre Cunrat von Wyldenrod, und Herr Herman von Rorbach*, und daz diu Geſchichte, als da vor geſchriben iſt, ſtat und gantz unzerbrochen und unverbeſſert immer mer belibe, darumbe ſo hiezzen wir ſchriben diſen Brief: und wan ich nicht aigens Inſigels hete, darumbe ſchuf ich ze gantzer Sicherhait diſen Brief veſtenon und ſtercken mit der zwaier vorgenanten Herren Inſigeln. Der ſint Geziuge: der erſten Herr *Cunrad von Wildenrod, und Herr Winhart von Rorbach, und Herr Wernherr von Phluechdorf und Brueder Andreas der Schaffer, und* Herr *Cunrad Schettel und . . der Enſar und Margwart, der Brauſs von Igdingen und Hanns der Schalch*, und ander vil biderber Leute. Do daz geſchach, do waz von Gotz Geburt tauſent Iar, und zwaihundert Iar und driu und niunzeck, und waz daz O. Suntach.

Num. LXX. Appropicatio curiæ in Ringolzriet. An. 1294.

In Gotes namen, Amen. Ich *Hainrich von Merigen* tun chunt allen den, die diſen Brief leſent, oder hoerent leſen, daz ich

habe uſgegeben ledeclichen und frilichen, die Aigenſchafft eines Hofes ze Ringolzrieth; den wilont der Cruzaer Buwet, unde *Walther von Bermwanch* het von mier ze lehen durch Got und miner Sele Willen, und *Waltheres von Bermwanch* het, ſante Iohannes ze Steingaden eweclichen ze beſizzende fur rechtes aigen, wan daz Gotshuſen ze Steingaden den vorgenanten Hof hat gekoufet von dem vorgenanten *Walther*, daz er In von mir ſolte vertegen, als er hat getan, ie daz Phunt geltes, umbe zwelfthalb Phunt Ouſtburger Nivwer: ſo ſien wir, *Swiger und Sifrit von Mindelberch*, dez Goutes rechte gewern, nach dez Landes Recht dem vorgenanten Gothuſe, des Hoves fur rechtes Aigen, und och *Walter von Berwanch*. Darüber haben wir diſen Brief dem Goteshuſes ze Steingaden zem ewigen Urkunde gegeben mit minem Inſigel, und ouch mit *Swigeres und Sifrides von Mindelberch* Inſigel geveſtenot, wan *Walther* ſelbe dehein Inſigel hat, ſo haben die von Mindelberch, daz ir fur In gegeben. Dez ſint Geziuge: *Herre Counrat der Degan von Mindelheim*, *Herre Sifrit ein Brieſter gehaizen Gusregen*, *Herre Wernhart von Hurenbach ein Ritter*, *Swiger und Sifrit von Mindelberch*, der Inſigel hieran hangen, *Counrat de Fluzzaer*, *Her. von Iungenrieth*, *Hainrich Moezelin*, *Hainrich Herren Wernhardes Sun*, *Counrat Bille*, *Hainrich der Maier von Widergeltingen*, und von dem Convente ze Staingaden, die diſen Kouf taten, *Herre Andres*, *Herre Albrecht*, *Herre Wernher Brieſter*. Dizze geſchach in der Stat ze Mindelheim, do von Gotes Geburt tuſſent und zwaihundert, und in dem vier und niunzegoſten Iare war.

Num. LXXI. Decimæ in Wihten. An. 1291.

In nomine Domini, Amen. *Wolfhardus* Dei gratia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus, univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem & noticiam ſubſcriptorum. Cum *Heinricus de Hornbach* deci-

decimam de tribus curiis & dimidia ſitis in villa Wichte, quam decimam ab *Ulrico Camerario noſtro de Wallenburck* in feodo tenuit & poſſedit, honorabilibus ac dilectis in Chriſto ... prepoſito & Conventui Ecclesie in Staingadem vendiderit & donarit pro certa peccunie quantitate, quam quidem decimam predictus *Ulricus* Camerarius a nobis & Ecclesia noſtra Auguſtenſi ſimiliter in feodo tenuit: noverint univerſi preſentes litteras inſpecturi, quod nos, recepta reſignatione ſeu renunciatione ipſius decime a Camerario noſtro predicto, nec non reſignatione eiusdem decime per prefatum H. de Hurnbach prenominato Camerario primitus facta, eandem decimam prepoſito & Conventui predictis donamus, tradimus & aſſignamus, ad uſus ſuos titulo & iure cenſuali, videlicet unius libre cere ponderis minoris ad cameram noſtram, in feſto ſancti Michaelis, annis ſingulis integraliter perſolvende, tenendam & perpetim poſſidendam, dantes, in evidentiam & ad perpetuam rei memoriam, preſentes ſigilli noſtri munimine roboratas. Teſtes ſunt: *C. de Berge Miles*, *H. de Gunz*, *Georius de Swangaw*, *O. de Berge*, *Al. de Burgetor*, & alii quam plures fide digni. Datum in Faucibus anno Domini MCCLXXXXIIII. pridie Id. Maii.

Num. LXXII. Moniales Steingadenenſes. An. 1284.

Acta preſentium, ne memoriam excedant futurorum, ſcriptis ſolent & voce teſtium perhennari. Eapropter noverint univerſi preſentium inſpectores, quod nobilis vir dictus *Hilteboldus de Swangov* frater *Bartholomei de Swangov* cum conſenſu filii ſui *Hilteboldi*, ob remedium anime ſue, devotis ac religioſis dominabus in Staingadem curiam in Biberwoulig, ſolventem ſingulis annis quatuor libras Veronenſium, contulit iure proprietario poſſidendam: quam curiam *Bartholomeus* frater eiusdem *Hilteboldi*, poſt mortem ſuam impetens, lite tandem ſopita iuxta conſilium homi-

 num

num prudentum, ipſe *Bartholomeus* predictis dominabus, eidem lite cedentibus, ipſam curiam reſtituit & rependit cum dimidio manſu ſito in Gebrem, qui etiam eundem cenſum quatuor librarum ſolvere eſt ſtatutus. Ne autem ſuper huiusmodi recompenſatione facta, aliqua in poſterum litis oriatur calumpnia, preſentes ſunt ſigillo venerabilis Abbatis Domini *Hermanni* in Faucibus, nec non ipſius *Bartholomei*, nec non *Georii* patrui ſui, in evidens teſtimonium confirmate, teſtibus ſubnotatis, videlicet: *Domino Oulrico prepoſito in Staingadem, ac H. priore, & Cunrado cuſtode eiusdem Eccleſie, Engelſchalco etiam filio & famulo iam dicti Monaſterii.* Preterea dictus *Groz*, *Roudolf*, *Hainricus dictus Schemel*, *Cunradus dictus Richenbach*, *Hainricus Notarius de Gebrem*, *Hainricus dictus Mezzer*, *Counradus dictus Bocenolt*, & alii quam plures fide digni. Datum & actum apud Staingadem, anno Domini MCCLXXXXIIII. indictione ſeptima, craſtino aſſumptionis ſancte Marie *Virginis*.

Num. LXXIII. Curia Rupoſthof. An. 1295.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen! Univerſis inſpectoribus preſentium litterarum, *Hainricus de Schonburch* nobilis notitiam omnium ſubſcriptorum. Ut geſta reipublice, propter defectum labentis memorie, oblivioni penitus non ſuccumbant, decet ipſa ſcripturarum atteſtationibus commendari. Quocirca ſingulis & univerſis ſignifico ſub hiis ſcriptis, quomodo ius proprietatis, quod mihi & heredibus meis in curie Ringolzrieth dicta Rumpoſthof ſita competiit, Monaſterio in Staingadem propter Deum donavi & hiis litteris dono, favore & voluntate viri honeſti *Egeloſi* dicti *Blaerer*, qui prefata bona pro feodo receperat, penitus annuente. Quam quidem proprietatem ſeu proprietatis libertatem in piam ac ſanctam converſationem fratrum eiusdem Monaſterii tranſtuli & transfero earumdem teſtimonio litterarum; renuncians etiam inpetitioni actorum, beneficio reſtitutionis, iuri Canonico vel

vel Civili, malicie, fraudis, & doli, omnique exceptioni, quibus mediantibus pretactum Monaſterium per me aut aliquos heredes meos in premiſſo caſu poſſet ullo modo perturbari. Inſuper preſens ſcriptum in premiſſorum ſufficientiam ſigillo & teſtimonio honorandi Domini - - dicti de Heurnhayn Decani maioris Eccleſie Auguſtenſis, & ſigillo Domini Degenh. Prepoſiti Eccleſie ſancti Mauritii Auguſtenſis, & ſigillo proprio volui communiri. Ceterum nos de Schonburch & Egelolfus predicti, gwarandi & fideiuſſoris legitimi premiſſorum promittentes inſolidum preſcripta omnia inviolabilia obſervare. Teſtes inquam rei preſentis ſunt viri honorabiles Dominus *Wernhardus dictus de Sevelt*, *Magr. Eberh*, *Magr. Craffto dicti de Nidelingen*, *Magiſter Wolframus Canonici Auguſtenſes Dominus dictus de Bachen miles*, & alii fide digni. Datum anno Domini M.CC.XCV. pridie Idus Iunii.

Num. LXXIV. Curia in Holzhauſen. An. 1295.

In nomine Domini amen! Ne falſitas veritati preiudicet aut iniquitas prevaleat equitati, expedit queque memorie digna ſcripturarum ſerie perennari. Huius rei cauſa, nos *Wernhardus miles de Rorbach* ſcire volumus ſingulos ac univerſos preſentium inſpectores, quod cum ad relevandum onera debitorum quibus aliqualiter oppreſſi fuimus, aliqua de rebus noſtris diſtrahere vellemus; placuit nobis, de conſenſu fratrum noſtrorum *Hermani & Engelſcalci*, pocius ea, que vendicioni expoſuimus, loco ac viris religioſis videlicet Eccleſie in Staingaden, Prepoſito & Conventui eiusdem loci, titulo proprietatis a nobis empta contradere, quam aliis privatis perſonis. Quare bona deliberatione prehabita, cum conſilio & conſenſu predictorum fratrum noſtrorum, curiam ſitam in Holzhuſen, que vulgo Odemairshof dicitur, cum iure Patronatus eiusdem loci ac omnibus ſuis pertinentiis, agris, pratis, paſcuis, aqueductu, nemoribus, virgultis, cultis & incultis omni-

bus queſitis & inquirendis, Prepoſito & Conventui memorate Ecleſie in Staingaden, pro octuaginta libris Auguſtenſibus venditam conferimus, damus, tradimus & aſſignamus, omni iure quo nobis hucusque pertinuerat, percipiendam, tenendam, & integraliter poſſidendam; renunciantes exceptioni non numerate peccunie & non recepte. De evictione vero predictis Prepoſito & fratribus non inmerito ſicut debuimus cavere volentes, Dominum *Hiltprandum Marſchalcum de Biberbach. Cunradum Militem de Haldenberch. Reinbotonem Militem de Wall, Heinricum de Sevelt* fideiuſſores conſtituimus in hunc modum: ut ſi infra tempus, quo evictionis caucio durare debet & poteſt, idem Prepoſitus vel fratres ab aliquo vel aliquibus, ſuper predictis rebus a nobis eisdem tam legaliter venditis, in cauſam tracti fuerint, nos, pro defenſione eorundem, cuilibet impetenti opponere debemus. Promittimus inſuper & preſentibus atteſtamur, quod reſignacionem predictarum rerum, ubicunque neceſſaria vel oportuna fuerit, eisdem fratribus fieri procurabimus bona fide. Ad premiſſorum autem evidentiam pleniorem, preſens conſcribi fecimus inſtrumentum ſigillorum noſtri & predictorum fratrum noſtrorum nec non fideiuſſorum, qui premiſſi ſunt, munimine conſignatum. Datum & actum Auguſte, anno Domini M. CC. XCV. in die ſancti Cunradi, Indictione nona. Teſtes huius ſunt: *Dominus Degenhardus de Helmſtein, Dominus Dietricus de Haweuſtein, Magiſter Wolframus, Hiltprandus Rector Eccleſie in Holzhuſen, Canonici Auguſtenſes. Ulricus de Huſen, Hermanus de Widergeltingen Laici*, & alii fide digni.

Num. LXXV. Curia in Niderhofen. An. 1296.

In nomine Domini amen. Quia negotiacionum multiformis diverſitas geſtibus hominum non modicam animi oblivionem ingerere ſolet, ergo operi bono & fideli modernorum ſagacitas pent

anno-

annotationem literarum ſive vocem teſtium fidele remedium adinvenit. Ego igitur *Conradus* dictus *de Huſen*, omnibus hanc paginam intuentibus cupio eſſe manifeſtum, quod bona deliberatione fratris mei *Petri* Advocati *de Schongaw* nec non Domine *Gertrudis* dilecte uxoris mee prehabita, dimidium manſum in Niderhoven, quem Mulnerius de me colere dinoſcitur, beato Iohani in Staingaden fratribusque Deo ibidem famulantibus, poſt mortem meam, in remedium anime mee & chriſtiana ibidem ſepultura mihi capienda, integraliter conteſtor tradidiſſe: ita videlicet, ut frater meus aut heredes noſtri eandem curiam pro XII. libris denariorum Auguſtenſium emere ſi voluerint, a predicto Cenobio teneantur: ſi vero non voluerint, fratribus ſepe dictis eadem perpetuo permanebit. Ad favorem etiam ſervicii mei perpetui congruam meam petitionem, predium ſitum in Edenbuchel, quod XXXVI. denarios ſolvere debebat, annuatim ad commutationem cuiusdam orti mei, quam nunc ipſis fratribus ad uſum ſuum preſentavi qui eosdem triginta & ſex denarios ſolvere tenetur, mihi & uxori mee Gertrudi nullique heredum noſtrorum amplius pro tempore vite noſtre habendum fideliter tradiderunt. Ego vero idem predium meliorare cum ſex fetis vaccis & tribus iuvenibus peccoribus & cum pratis & agris ſicut potero, & promitto, que ſimiliter poſt mortem noſtram cum predio predicto ad Eccleſiam Staingadienſem tenentur ſine contradictione qualibet retranſire. Ut autem hec inconvulſa permaneant, preſentes literas ſcribi feci & ſigillis Advocati de Schongaw civitatisque eiusdem ac Domini *Hainrici de Dieſun* & mei robore communiri, hoc actum anno Domini 1296. XIIII. Kal. Iunii.

Num. LXXVI. Eccleſia in Holzhauſen. An. 1296.

In nomine Domini amen. Ne pietatis intuitu ſtudioſe facta oblivionis caligine ſubrepente a memoria dilabantur humana, conve-

venit ea literarum ſerie communiri. Huius rei cauſa, nos *Wolfgangus* Dei gratia Auguſtenſis Epiſcopus notum facimus preſentium inſpectoribus univerſis, quod cum honorabiles in Chriſto Prepoſitus & Conventus Monaſterii in Staingaden, ſua diligentia curias ſuas in Holzhauſen, quarum una vocatur Rothenmairshof & quartam partem manſi, quam hactenus coluit Conradus dictus Oexel cum iure Patronatus Eccleſie eiusdem loci conquiſierint, nos prudentie ac ſolicitudini quam ſuper augmentatione rerum Monaſterii ſui iidem fratres pre ceteris habere agnoſcuntur, non immerito ſuffragium noſtrum iisdem impendendo, cooperari volentes, eorum petitionibus inclinati predictam Eccleſiam in Holzhauſen, de conſenſu capituli noſtri, ipſi aſſignare decrevimus pleno iure, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus, nanciſcendam perpetim & tenendam: ita tamen, ut de Collegio ſuo virum idoneum nobis ad eandem Eccleſiam, cum vacaverit, pro perpetuo Vicario repreſentent, qui ſuſtentatione congruente habita nobis & inferioribus noſtris iura perſolvat debita & conſueta, & curam plebis eiusdem Eccleſie a nobis & Epiſcopo Auguſtenſi, qui pro tempore fuerit, ſuſcipiat & divina populo ſubminiſtret. Verum memorati Prepoſitus & Conventus rationabili quadam equitate moti, quia timuerunt Eccleſiam chatedralem ex huiusmodi alienatione ſeu laudabili donatione pregravari, in recompenſationem dicte Eccleſie in Holzhauſen ipſis taliter aſſignatam, Eccleſiam in Irſingen inferiori menſe eorum hactenus pertinentem, quam ex nunc ſuper hoc dimittunt abſolutam, nobis & Eccleſie noſtre ſub forma infra ſcripta cedere iuraverunt: ſcilicet ut cum Eccleſiam in Holzhauſen predictam vacare contigerit, preſentatione, ſicut dictum eſt, ad eandem facta ſecularis Clericus ad illam in Irſingen predictam per ipſos tunc & de cetero preſentetur, qui curam a nobis iure communi recipiat animorum. Inſuper quia Eccleſiam in ſuperiori Irſingen a felicis recordationis Domino Henrico

rico Epiſcopo predeceſſore noſtro ſimiliter eisdem pleno iure & de conſenſu capituli Auguſtenſis invenimus aſſignatam; nos eandem largitionem ſeu donationem rite & rationabiliter factam cognoſcentes, ſub teſtimonio preſentium, de conſenſu noſtri capituli, approbamus & ratam eſſe volumus nunc & in eternum. In quorum omnium evidens teſtimonium & debitam firmitatem preſentes ſuper hoc confectas dedimus noſtri & capituli predicti ſigillorum munimine roboratas. Actum & datum Auguſte, anno Domini 1296. 5. Idus Auguſti.

Num. LXXVII. Curia Roupen. An. 1296.

In nomine Domini, Amen. Cum humana natura velut ventus tranſiens & ſicut aqua decurrens velociter de ſuo eſſe ad non eſſe tranſeat, & factorum ſuorum nullum veſtigium relinquat, niſi quod literarum & teſtium memorie comendatur. Noverint igitur omnes ac ſinguli preſens inſtrumentum inſpecturi & audituri, quod ego *H. de Starchenberch* ſpiritu ſancto inſtinctus, donationem proprietatis curie ſite & dicte Roupen, quam honorandus *Conr. de Starchenberch* pie recordationis Pater meus Monaſterio ſancti Iohannis Baptiſte in Staingaden cum omnibus ſuis appenditiis legavit perpetuo iure poſſidendam, benigno favore & debita teſtium atteſtatione ratificavi, preſentes ſigilli mei ac ſigillorum dominorum *Ulrici* videlicet Camerarii de *Wellenburch* & *Georgii de Swangau* munimine confirmando; tali conditione interiecta, quod iam dicti Monaſterii fratres, pro redemptione & ſalute anime Patris mei memorati & animarum omnium progenitorum noſtrorum nec non anime mee liberatione, cum de hac luce evocatus fuero, ſingulis ſeptimanis unam miſſam celebrare tenentur pro defunctis, & hoc perſolvent in ara beate Virginis Marie, ſive in ara beati Ioannis Ewangeliſte: quod ſi neglexerint, nec ab hac negligentia tempore congruo ſe correxerint, in penam huius deſidie ex-

petendam, curia ipſorum ſita Laerimos quam inhabitat & colit Nicolaus, de ipſorum iure cadendo ad meam tranſit iurisdictionem, ita ut quod voluero de ea faciam. Ne autem Patris mei pia legatio extremi teſtamenti ac mea ſubſequens ordinatio, cuiuscunque iuris ſubſidio aut quorumcunque cavillatione ſive inſtantia poſſit in irritum duci ſive caſſari, preſens inſtrumentum ſigilli mei & preſcriptorum virorum honorabilium inſignitum predictis fratribus loco ſui Monaſterii contuli, in evidens teſtimonium & cautelam. T. h. r. ſ. *Ulricus Camerarius de Welburch*, *Georgius de Swangau*, *Hainricus dictus Hieſpeck*, *Bertoldus Pirchekke*, *Hil. de Mittelberch*, & alii quam plures. Datum in Faucibus, anno Domini MCC. nonageſimo VI. Indict. X. XVII. Kal. Ianuarii.

Num. LXXVIII. Abdicatio eccleſiæ Holzhuſen. An. 1296.

